

Bolesław Kumor

Nieznane Ordinationes et Decreta synodu kurzelskiego z 6-8 VI 1617 r.

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawnohistoryczny 11/1-2, 275-312

1968

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

NIEZNANE ORDINATIONES ET DECRETA SYNODU KURZELOWSKIEGO Z 6 — 8 VI 1617 R.

Zastężony badacz i wydawca synodyku polskiego, prof. dr Jakub Sawicki w 5 tomie *Concilia Poloniae*, poświęconym „Synodom archidiecezji gnieźnieńskiej i ich statutom” w ślad za ks. S. Stuczeń¹ i ks. A. Kakowskim² przyjął, że w okresie między 3—10 czerwca 1617 r. odbył się cząstkowy synod diecezjalny archidiecezji gnieźnieńskiej dla duchowieństwa archidiaconatu kurzelowskiego³. Autor na podstawie bardzo skromnych przekazów źródłowych ustalił, że:

1° synod odbył się faktycznie w dniach między 3 a 10 czerwca 1617 r.

2° przewodniczył mu ks. Adam Rogaczewski archidiacon łęczycki i kanclerz kurii prymasowskiej.

3° Autor jednakże odrzucił sugestie ks. A. Kakowskiego, jakoby „na synodzie tym wydane zostały jakieś ogólne dekryty, dotyczące całego duchowieństwa”.

4° Przyjął natomiast, że „na synodzie tym traktowano również o dyscyplinie kleru”.

5° Wszelkie inne zaś sugestie, dotyczące treści obrad synodu uznał „za mniej lub więcej uzasadnione”⁴.

Tymczasem w czasie kwerendy w Archiwum Diecezjalnym w Kielcach podpisany szczęśliwie natrafił na dobrze zachowane Akta czynności oficjalatu okręgowego w Kurzelowie z lat 1616—1720 i 1785—1798⁵, do których zostały ingrosowane ordynacje i dekryty omawianego synodu kurzelowskiego. Wpisu urzędowego do Akt czynności konsystorza dokonał 10 VIII 1617 r. ks. Stanisław Fryderyk kanonik, oficjał kurzelowski i proboszcz w Złotnikach wobec notariusza kon-

¹ S. Stuczeń: *Ślad synodu kurzelowskiego*. Przegląd Katolicki. R. 1894 s. 33n.

² A. Kakowski: *Congregatio synodalis totius provinciae Gnesnensis* —. Petropoli 1913 s. 33 nn.

³ J. Sawicki: *Concilia Poloniae*. T. 5. *Synody archidiecezji gnieźnieńskiej i ich statuty*. Warszawa 1950 s. 213.

⁴ Tamże, s. 213 n.

⁵ W. Pałykiewicz: *Późniejsze oficjalaty gnieźnieńskie*. Roczniki Teol.-Kanon. T. 5: 1959, s. 4 s. 122 (podaje m. in., że najstarszy tom akt konsystorza kurzelowskiego rozpoczyna się od r. 1619).

systorza Marcina Klizjusza i świadków ks. Bartłomieja plebana z Łopuszna i Pawła Andrychowica plebana z Bolmina⁶.

W diecezjach rozległych terytorialnie synody cząstkowe były znane. W archidiecezji gnieźnieńskiej, oraz diecezjach włocławskiej i krakowskiej miały miejsce już w XV stuleciu⁷, w diecezji poznańskiej w XVI⁸, oraz w diecezji płockiej w XVI i XVII wieku⁹. Tak np. w diecezji włocławskiej miały miejsce m. in. w latach 1590, 1614, 1617 i 1622 osobne synody dla archidiaconatu pomorskiego¹⁰. W archidiecezji gnieźnieńskiej jeden z synodów cząstkowych dla archidiaconatu gnieźnieńskiego odbył się 15 IX 1505 r. w Gnieźnie¹¹. Na początku XVII stulecia za prymasa Wojciecha Baranowskiego taki synod cząstkowy dla archidiaconatu kamieńskiego odbył się 18 IX 1614 r.¹². Dalsze synody cząstkowe odbyły się za prymasa Wawrzyńca Gembickiego (1616—1624). Jako „pasterz z powołania, uczony i dbały o dobro Kościoła i Rzeczypospolitej”¹³, prymas Gembicki odprawił w przeciągu 8-letnich rządów prymacjalnych 1 synod prowincjalny (Piotrków —

⁶ ADKiel. (Archiwum Diecezjalne w Kielcach). *Acta actorum officialatus Cureloviensis 1616—1666*, vol. I k. 65'. *Ingrossatio ordinatum et decretorum pro archidiaconatu Cureloviensi archidioecesis Gnesnensis. Anno, qui supra (1617), die 10 VIII R. D. Stanislaus Fridericus canonicus et officialis Cureloviensis, sedens in audientia iudiciorum suorum, mihi Martino Klisio actorum consistorii Curelouiensis notario, testibus Ven. Dnis Bartholomaeo Lopusnensi, Paulo Andrychowic Bolminensi plebanis praesentibus, certas ordinationes et decreta tam generalia, quam particularia pro reformatione ecclesiarum, nec non totius cleri in archidiaconatu Curelouiensis archidioecesis Gnesnensis a R. D. Adamo Rogaczewski J. U. D. Vladislaiuensi et Posnaniensi canonico, commissario et delegato in synodo archidiaconatus Curelouiensis Curelouiae anno Domini 1617 die vero 6 mensis Junii celebratae propositas et manu Illustrissimi et Reuerendissimi D. D. Laurentii Gembicki Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopi Gnesnensis, Legati Nati, Regni Poloniae Primatis et primi principis etc. subscriptas, sigilloque eiusdem communitas, ne quo casu pereant, ad Acta recipi ingrossariue decrevit et mandavit, prout receptae praemissaque cognitione veritatis praedictorum ad verbum in Actis iuxta tenorem suum conscripta sunt modo sequenti.*

⁷ J. Sawicki: dz. c., s. 218.

⁸ Tenże: *Concilia Poloniae. Synody diecezji poznańskiej i ich statuty*. Poznań 1952 s. 40 nn.; J. Nowacki: *Archidiecezja poznańska w granicach historycznych i jej ustrój*. Poznań 1964 s. 253.

⁹ J. Sawicki: *Concilia Poloniae*. T. 6. *Synody diecezji płockiej i ich statuty*. Warszawa 1952 s. 105, 108, 127, 129.

¹⁰ *Statuta synodalia dioecesis Wladislaviensis et Pomeraniae*. Ed. Z. Chodyński. Warszawa 1890 s. 142, 165, 167, 181.

¹¹ J. Sawicki: *Concilia Poloniae*. T. 5. *Synody archidiecezji gnieźnieńskiej*, s. 94 n.

¹² *Regesty wybranych zapisek z akt działalności arcybiskupów gnieźnieńskich*. Wyd. H. Rybus. Archiwa, Biblioteki i Muzea Kościelne. T. 3: 1961 s. 226. Synodu archidiaconatus Camerensis archidioecesis Gnesnensis. Synodu tego nie zna J. Sawicki.

¹³ A. Przyboś: *Gembicki Wawrzyńc*. Pol. Słow. Biogr. T. 7 (1948/58) s. 384.

1621)¹⁴, 1 synod archidiecezalny (Łowicz — 1620) i 3 synody cząstkowe: dwa w Kamieniu (1617, 1619) i w Kurzelowie (1617)¹⁵.

Synody cząstkowe, właściwie tylko gnieźnieńskiej prowincji kościelnej, chociaż posiadały charakter prawdziwego synodu, to jednakże w częstych wypadkach ograniczały się do przyjęcia ordynacji i dekretów ordynariusza diecezji. Z reguły XVII-wieczne synody cząstkowe w archidiecezji gnieźnieńskiej poprzedziła wizytacja kościelna tej części archidiecezji, która miała wziąć udział w synodzie. Taki charakter posiadały wszystkie 3 synody cząstkowe, odprawone w latach 1617—1619 za prymasa Gembickiego.

Omawiany przez nas synod kurzelowski dla archidiakonatu kurzelowskiego odbył się w dniach 6—8 czerwca 1617 r. We wrześniu i październiku 1616 r. ks. Marcin Płocki archidiakon kurzelowski dokonał wizytacji archidiakonatu. Akta synodu posiadają charakter na wskroś pastoralny i reformistyczny i obejmują 3 zasadnicze zespoły:

1° Ordynacje i dekryty ogólne, dotyczące kościołów, duszpasterzy i duchowieństwa, oraz wiernych, a nadto instytucji kościelnych (szkoły, szpitale) i służby kościelnej, oraz majątku kościelnego w archidiakonacie.

2° Ordynacje i dekryty dla poszczególnych kościołów archidiakonatu na podstawie wizytacji archidiakonalnej.

3° Dekryty dotyczące nowego podziału dekanalnego w oficjalacie kurzelowskim i ordynacje dla dziekanów wiejskich w archidiakonacie.

Materiały na synod zostały przygotowane jeszcze w maju 1617 r. na podstawie przeprowadzonej wizytacji kościelnej (1616). Zostały one ujęte w formie ordynacji i dekretów, wydawanych przez prymasa Gembickiego. Przywiózł je gotowe na synod delegat arcybiskupa ks. Adam Rogaczewski i tu w jego imieniu ogłosił. Pierwszy zespół ordynacji i dekretów obejmuje 11 kapitul, drugi — 67 t.j. tyle, ile parafii obejmował ówczesny archidiakoniat kurzelowski, wreszcie trzeci zespół obok dekretu podziału na dekanaty oficjalatu kurzelowskiego obejmuje 13 kapitul¹⁶.

TEKSTY

1. Ordynacje i dekryty arcybiskupa Wawrzyńca Gembickiego, dotyczące reformy duszpasterstwa w archidiakonacie kurzelowskim, przedłożone na synodzie kurzelowskim przez ks. Adama Rogaczewskiego

Łowicz 27 V 1617

Or.: Nieznany.

Kopia: ADKiel. Acta actorum officialatus Curelouiensis 1616—1666 k. 65'—70 (Dawna paginacja: 10'—15).

¹⁴ *Synodus provincialis Gnesnensis provinciae sub — Laurentio Gembicki — — archiep. Gnesnensi — — Petricoviae a. D. 1621 — — celebrata*. Cracoviae 1624.

¹⁵ J. Sawicki: dz. c., s. 207—227.

¹⁶ Wydanie tekstów przygotowano na podstawie Instrukcji wydawniczej dla źródeł historycznych od XVI do połowy XIX w. Wrocław 1953.

Tytuł wpisu: *Ordinationes et decreta generalia pro archidiaconatu Curelouiensi dioecesis Gnesnensis a R. D. Adamo Rogaczewski¹⁷ J. U. D. Vladislauiensis et Posnaniensi canonico et delegato in synodo archidiaconatu Curelouiensis die 6 mensis Junii celebrandae, proponenda.*

Literatura: 1. A. Kakowski: *Congregatio synodalis totius provinciae Gnesnensis.* — Petropoli 1914 s. 33—36, 2. Tenże: *Synody arcybiskupa Wawrzyńca Gembickiego.* Ateneum Kapłańskie. T. 9: 1913 s. 385—396; 3. J. Sawicki: *Concilia Poloniae.* T. 5. *Synody archidiecezji gnieźnieńskiej i ich statuty.* Warszawa 1950 s. 211—214; 4. S. Stuczeń: *Ślad synodu kurzelowskiego.* Przegląd Katolicki. R. 1894 s. 33—34.

[k. 65'] Illustrissimus et Reuerendissimus D. D. Laurentius Gembicki¹⁸ — pro archidiaconatu Curelouensium ordinationes et decreta infrascripta in visitatione per d. archidiaconum in autumno anno praeterito peracta, prout rationes ecclesiarum et cleri illius archidiaconatus postulare videbantur, praescripsit et decreuit et ab omnibus seruari sub poenis in iis expressis aliisque canonicis et arbitrariis praecipit et mandat. Praesentibusque praescribit et decernit et ab omnibus seruari sub [k. 66] poenis in iis expressis aliisque canonicis et arbitrariis praecipit et mandat.

[1.] *De aedificiis ecclesiarum. capellis, altaribus et aliis ecclesiae annexis.*

Ecclesias vetustate aut alia causa vitratas, aut ruinam minantes, quamprimum refici et restaurari, si opus fuerit aut ex consuetudine vel obligatione ad reparationem et extractionem earum parochiani teneantur, imploratis subsidiis parochianorum, curent parochi et cuiusuis nominis beneficiati cum vitricis seu procuratoribus aut oeconomis ecclesiae. Si negligentia parochorum et aliorum beneficiatorum ecclesiae damnum in aedificiis suis patientur, illud compensare debebunt de fructibus propriis ad instantiam instigatoris¹⁹.

Ubi sunt pollutae et prophanatae ecclesiae ad eas reconciliandas aduocetur quamprimum archidiaconus Curelouiensis modernus, cui potestatem reconciliandi huiusmodi ecclesias vigore breuis apostolici Illustrissima et Reverendissima Celsitudo delegat et concedit. Cappellae et altaria numquam imposterum extruantur et erigantur sine scitu et licentia in scripto obtenta Illustrissimae et Reverendissimae Suae et successorum eius, quae non impetrabitur, nisi certa et suffi-

¹⁷ Ks. Adam Rogaczewski, kanonik gnieźnieński i poznański, archidiacon kujawski w diecezji włocławskiej i łączycy w archidiecezji gnieźnieńskiej był kanclerzem prymasa Wawrzyńca Gembickiego. Zmarł 14 XI 1622 r., zob. J. Korytowski: *Pralaci i kanonicy katedry metropolitalnej gnieźnieńskiej.* T. 3. Gniezno 1883 s. 377 n.

¹⁸ Wawrzyniec Gembicki (1559—1624) h. Nałęcz, od 1600 r. biskup chełmiński, od 1610 — kujawski, od 1615 metropolita gnieźnieński i prymas Polski, por. A. Przyboś: *Gembicki Wawrzyniec.* Pol. Słow. Biogr. T. 7 (1948—1958) s. 382—384.

¹⁹ Instygator, oskarżyciel publiczny w procesie kościelnym.

ciens dos pro alendis capellanis a fundatoribus primo assignata fuerit. Ubi autem altaria sine dote in locis minus conuenientibus, et plura, quam sint necessaria, et debite adornari possint, reperiuntur, ea in sequenti visitatione per archidiaconum, si fieri potest sine scandalo, tollantur, ut reliqua decenter per eos, qui altaribus capellis-que sunt obligati, ornentur, mandat Illustrissimus, idque, ut fiat, prouidat archidiaconus in suis visitationibus. Et, ubi solum unicum altare accommodatum est ad celebrandum sacrum, procurent parochi pro uno adminus altari altero portatile, in quo hospites aduenientes rem diuinam facere e taudire queant. Capellae quoque, quae olim ex pietate hominum sunt extractae, quantum fieri potest, per parochos ecclesiarum parochialium eleemosinis piorum conseruentur in statu decenti. Quae vero parietibus ecclesiarum adnexae sunt prouideantur diligenter, ne ex earum stillicidiis ipsius ecclesiae parietes corrumpantur et putrescant. Quapropter, si dotem non habuerint ullam, vel minus sufficientem, fideles ad eas reperandas diligenter excitentur.

Pauimentum in ecclesiis ubique sit aequale et bene accommodatum ac concinne despartitum iuxta ecclesiarum facultatibus atque mundum a sordibus conseruentur per campanatores aut alios ministros ecclesiarum, qui in eo inuigilent, ut, cum mortui sepeliantur, sepulchra bene aptentur et caetero pauimento aequantur. Sint autem pauimenta aut secto lapide, aut coctis lateribus, aut certe asseribus constructa.

Confessionalia, ubi commode fieri potest, habeantur, in quibus sacerdotes nonnisi superpelliceis induti et stolis amicti excipiant confessiones. Ad eas autem excipiendas nullus accedere audeat, nisi sit prius bene examinatus et approbatus per officium ordinarium, sub poena suspensionis ipso facto incurrenda.

Cymiteria ubique sint clausa et udique septa, ne animalium incursionibus patent, munda et vacua a sordibus. Ossoria diruta aut lacera reficiantur, et ubi non sunt extruantur. [k. 66].

[2.] *De Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, ciborio, oleis sacris, baptisterio.*

Ciboria intus et extra sint decenter accommodata et ornata. Corporale mundum Sanctissimo Sacramento substernatur. Pixis sit secundum facultates ecclesiae argentea, aut certe cuprea, intus sacculus pro Hostia Sanctissimi Corporis Domini ex tela candida, aut serico albo. Ciborium ipsum super altare primarium, quam aut parietem, aut in alio minus decenti loco, reponatur. Si autem (quod absit) Sanctissimum Sacramentum Eucharistiae in debita custodia non habebitur, aut indecenter asseruabitur, poenis canonum et statutorum prouincialium negligentia sacerdotum puniantur.

In ecclesiis ciuitatum et oppidorum adminus Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum ad infirmos deportetur cum luminaribus, vexillis et cantu sub baldachino. Moneant sacerdotes populum, ut cum non sint occupati, committentur Sanctissimum Sacramentum, et qui in domo sunt, cum campanulam audirent, genibus flexis et mente saltem adorent, infirmos autem, ut gratiam Dei implorare et de commissis peccatis doleant, astantes, ut pro infirmo orent, caetera iuxta

modum in Agenda Pouodouiana²⁰ descriptum peragant. Olea sacra secundum ritum dictae Agendae provincialis crementur, noua ex ecclesia collegiata Curelouiensis non aliunde quotannis sumantur. Ad ea autem officialis communi capituli sumptu aut Gnesnam, aut Louiciam, si isthinc consecrabuntur, idoneum clericum ad afferenda mittet. Videant autem et curent omnes, qui olea petunt, ut clericos non laicos ad deportanda mittant. Dispensator illorum diligenter conscribat nomina accipientium, quae archidiacono visitanti referat, vel officialibus. Si quis autem inuentus fuerit, qui infra tres septimanas post Pascha ad summum noua olea sacra neglexerit habere, sed in conferendis sacramentis antiquis usus fuerit, poena carcerum Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis arbitrio puniatur.

Baptisteria etiam in petris durissimis sic accommodentur, excauata opera prudentis artificis, ut serari commode queant. Vasa ad aquam asseruandam habeantur idonea, ne putrescat saepe tolletur; sint vasa ad minus cuprea, vel ferrea, intus dealbata.

[3.] *De diuino officio celebrando, mansionariis, altaristis, vicariis.*

Diuinum officium, videlicet Missa et vespere, diebus Dominicis et festis statutis et opportunis horis ad commoditatem populi inchoentur et finiantur. Diebus vero festis Missa ea hora (maxime ubi unica per diem celebratur), qua artifices populusque secundum consuetudinem locorum commode eam audire possint, dicatur. Diebus dominicis et festis ad populum in ciuitatibus et in pagis, ubi frequentior clerus aut schola est. Matutini adminus unus nocturnus cum Laudibus decantetur et vespere nullibi omitantur.

Mansionarii etiam nullibi mansionistarum fructus percipiant, etiamsi officia eorum expédiant, nisi prius sint canonice instituti, aut prouisi, alias fructus suos non facient et ad eos refundendos per instigatorem curiae Illustrissimae et Reuerendissimae [k. 67] Celsitudinis ecclesiis, in quibus talia beneficia obtinent, compellentur. Hanc etiam poenam luent, si obligationibus suis non satisfecerint.

De altaristis idem, quod de mansionaristis, iudicium erit. Eorum praeterea curae et sollicitudinis sit altaria sua decenter ornare et munda tenere. Vicarios parochi et alii curam animarum administrantes tot, ad quos ex erectionibus, consuetudine necessitateque ipsa alendos tenentur, vel adminus, quot ex fructibus huiusce temporis, iusta ratione supputatis, alere possunt, habeant. Si eos non hebuerint, sciant se priuandos fore partem prouentibus suis vicarios concernente. Nec audeant imposterum suppressere et minuere numerum vicariorum et aliorum beneficiorum in ecclesiis suis. Nam praeterquam, quod adigentur ad restituendos fructus eorum ecclesiis, in quibus beneficia talia minuunt et suppressunt, etiam aliis arbitrariis poenis tanquam praeuaticatores ordinationum, efficiuntur. Neque amplius in suis parochiis admittant vicarios ad administrationem curamque pastoraalem, antequam ad eam per officium Illustrissimae et Reuerendis-

²⁰ *Agenda Pouodouiana*, czyli rytuał polski, opracowany przez ks. Hieronima Powodowskiego na zlecenie prymasa Stanisława Karnkowskiego, wydany w r. 1591.

simae Celsitudinis Suae approbentur et admittantur sub poenis grauis-
simis, et contra parochum in re deliquentem, et contra vicarium se
ingerentem in officia parochi absque approbatione, ferendis. Huic
ordinationi, ut ubique satisfiat, decani rurales cum officialibus inu-
igilent.

[4.] *De concionatoribus, concionibus et erudiendo populo in offi-
ciis ad salutem animae necessariis.*

Parochi et quicumque parochiales, vel alias curam animarum
habentes ecclesias quocumque modo obtinentes, per se, vel per alios
idoneos, diebus Dominicis et festis, tempore matutino, plebem sibi
commissam pro sua et eorum capacitate salutaribus instruant doc-
trinis, docentes, quae credere scireque necesse sit ad salutem, facili
breuique et ad captum populi accommodato sermone, quae sit vitia
declinare, quasque virtutes sectari oporeat, ut poenam aeternam
euadere et coelestem gloriam assequi valeant. Finitis concionibus,
orationem Dominicam, salutationem Angelicam, symbolum Apostolorum,
decalogum, quinque Ecclesiae praecepta cum populo recitare.
Post prandium autem haec iuxta doctrinam Cathedismi Romani²¹,
vel Canisii²² pueris omnino explicare non negligant, etiam in villa
non modo in ciuitatibus et oppidis, quod, ut in executionem deduca-
tur, singulari cura sit officialibus et decanis ruralibus.

Monet Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Sua verbi Dei
praedicatoribus cuiusuis status verbis diui Gregorii, ut dicturi ad po-
pulum prudentes accedant, ne dicendi impetu pauci verborum erro-
ribus, quasi iaculis audientium corda configant, ne, cum sapientes
fortasse videri desiderant, decepti speratae virtutis compagem, insi-
pienter discendant, cum saepe verborum efficacia amittatur, dum
loquacitate importuna, vel incauta audientium corda leugantur.

Unde etiam monet [k. 67'], ut sic in delicta hominum inuehantur
ne illa nominatim manifestare conuiciarique homines ex ambona
videantur, non aliudque intendant, quam salutem populi et conuer-
sionem peccatorum.

A regularibus demum requirit, ne aliquis illorum, tam in eccle-
siis conuentuum et monasteriorum suorum, quam in aliis saecula-
rium, munus praedicatoris verbi Dei assumere praesumant ante be-
nedictionem et licentiam ab Illustrissima et Reuerendissima Celsitu-
dine, vel suis officialibus, obtentam in scriptis sub poena suspensionis

²¹ Katechizm Rzyski opracowany na zlecenie soboru trydenckiego i ogłoszony przez pap. Piusa V w r. 1566 (*Catechismus Romanus* — *ad parochos*). Na j. polski przetłumaczył go ks. Walenty Kuczborski w r. 1567 na zlecenie kard. Stanisława Hozjusza.

²² Piotr Kanizjusz T. J. (1543—1597) opracował 3 katechizmy: dla studentów (*Summa doctrinae christianae*. Viennae 1555), dla dzieci (*Catechismus minus*. Ingolstadii 1556) i dla uczniów szkół średnich (*Paruus catechismus catholicorum*. Coloniae 1558); por. B. Schneider: *Canisius Petrus*, W: *Lexikon für Theologie und Kirche*. Bd 2. Freiburg i. B. 1958, kol. 915—917. W tym wypadku chodziło zapewne o Katechizm dla dzieci.

ab officia ordinum ipso facto incurrenda. Idem de excipiendis confessionibus intelligendum. Hoc decretum, ut ad notitiam regularium siue mendicantium siue non mendicantium perueniat, sub suis sigillis officiales superioribus monasteriorum et conventuum transmittant. Et si aliqui hactenus sine praedicta licentia concionari et confessiones excipere praesumerent, eis officiales horum exercitium interdiciant, quam diu sese officio illorum non praesentauerint et admissionem non obtinuerint. Neque etiam saeculares sacerdotes, praedicatorum professionem facientes, obire munus praedicatoris audeant, nisi obtenta licentia sub poena eadem.

[5.] *De rectoribus scholarum, cantoribus, scholaribus, organariis et libris ecclesiasticis.*

Rectores scholarum tam in pagis, quam in oppidis, idonei pro erudiendis pueris per parochos, et eis quorum conferendi rectoratus ius est, prouideantur, qui praeter prophanes lectiones statutis diebus et horis per septimanam lectionem ex *Cathechismo*²³ habeant, scholaresque non minus in pietate et honestis moribus, quam literis, erudiant. Ideo eos ad confessionem peccatorum faciendam et sumendam Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum non solum pro solemnioribus diebus festis, sed etiam in capite cuiuslibet mensis a pueritia asuescere faciant. In his Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo peculiariter obligat parochos et alios curam ecclesiarum parochialium habentes. Iuuenes dictos astantes, qui in scholis ciuitatum et oppidorum communiter habitant, astringant omnino parochi ad audiendas cum aliis scholaribus lectiones a praeceptoribus, qui tales eis proponant, qualibus indigere videbantur.

Cantores periti cantus Gregoriani, praesertim quem choralem vocant, ubique habeantur, qui non solum diuinum officium in ecclesiis cantent, sed etiam ad minus semel in septimana, videlicet die sabbathi, artem musicae pueros deceant iuxta veterem consuetudinem. Caueant autem parochi, ne a cantoribus allisque scholaribus per ciuitates et vicos, et villas cantiones abscae et scandalosae cantantur, sed solum piae et ab ecclesia approbatae. Contrauenientes grauitur parochi puniant.

Quoniam organa in aliquibus ecclesiis reperiuntur extracta, sine prouisione organarii ne aliquando sileant, parochi cum suis parochianis stipendium certum et determinatum annum pro organariis prouideant.

[k. 68] Ubi Agenda Pouodouiana²⁴ non habentur, primo quoque tempore procurentur. cum omnis rituum ratio ex iis petenda sit, nec non alii libri pro cantu ecclesiastico necessarii.

[6.] *De societatibus, confraternitatibus et indulgentis.*

Cum extent in ciuitatibus oppidisque societates artificum, quae quoad ecclesias habeant suas obligationes, iis, ut in omnibus satisfaciant.

²³ Zob. przyp. 21.

²⁴ Zob. przyp. 20.

hortentur eos parochi. A confraternitatibus sub titulo alicuius Sancti congregatis idem requirit easque prohibet imposterum institui aut recipi, sine scitu consensuque suo et absque illo hactenus erectas annulat, et congregari sub poenis excommunicationis ipso facto incurrendis prohibet.

Quod ne lateat confraternitates eis parochi et alii sacerdotes, in quorum ecclesiis congregationes suas celebrant, denuncient. Archidiacono Curelouiensi specialiter committit et dat facultatem Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo, ut in futura visitatione sua constitutionem et statum tam societatum, quam confraternitatum praedictarum describat, illasque autoritate illius visitet, et in bonum ordinem redigat, Illustrissimae Celsitudinis suae autoritate appellata, si opus fuerit.

Si aliquae societates et confraternitates pecunias communes mutuo dant ratione certi fructus ex illis prouenientes, eis archidiaconus ita usurarie et illicite contrahere prohibeat et interdicat. Modum autem, quo bona conscientia ex censibus legitimis pecuniarum suarum fructibus frui possint, doceat, quam quidem explicant Summistae et docent optime Pater Smiglecus Soc. Jesu theologus²⁵.

Indulgentiae, ubi non habentur perpetuae, ante expirationem semper procurentur nouae. Si quis autem post expirationem easdem publicare et continuare praesumpserit, is trium septimanarum spatio carceribus ad instantiam instigatoris mancipabitur. Et cum indulgentiam nemo assequi valeat, nisi conditionibus obligationibusque ad obtinendam eam in breui apostolico specificatis satisfaciat. Diligenter pro concionibus populus informetur, quid facere debeat, ut plenae sit gratiae thesauri Ecclesiae Christi particeps.

[7.] *De prouentibus ecclesiarum et parochorum et domibus parochorum et aliorum beneficiatorum.*

Bona ecclesiae et prouentus, maxime in quorum usa sunt ecclesia et parochi et cuiusuis generis beneficiati, diligenter conscibant, ac inuentarium eorum et supellectilis ecclesiae habeant, quod successoribus suis, siue per cessum, siue per decessum et archidiacono visitanti fideliter exhiberi debent.

Decimas et alia bona ecclesiae suppressa, vel ab aliis occupata, vindicare iureque de illis agere in minoribus subselliis non differant. Dum causa ad iudicium tribunalitium deuoluta fuerit, eam Illustrissimus Dominus autoritate operaque sui procuratoris iuuabit.

Nemini ciuiusuis generis beneficiatorum liceat bona ecclesiae etiam ad spatium trienni sine scientia et licentia in scriptis obtinenda Illustrissime et Reuerendissimae Celsitudinis locare, alias locatio nullus erit valoris, et contra sic locantem, tamquam contra alienantem bona ecclesiae [k. 68'] procedetur ad instantiam instigatoris. Contrauenientes huic ordinationi decani rurales officialibus, officiales Illustrissime et Reuerendissime Celsitudinis deferre tenebuntur.

Cum nonnullae domus parochorum et beneficiatorum aliorum in

²⁵ Ks. Marcin Śmiglecki T. J. (1564—1618), głośny teolog i filozof jezuitski, napisał m. in. dzieło O lichwie, wydane w Wilnie w r. 1596.

hoc archidiaconatu lacerae et ruinosae, ita ut in illis commode habitari non possit, repeniantur et a possessoribus illarum restaurari negligatur, Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo praesenti sua ordinatione mediante monet, decernit et praecipit omnibus, cuiusvis generis beneficiatis in archidiaconatu Curelouiensi consistentibus, ut talia aedificia quamprimum reparari et restaurari procurent. Si in futura visitatione archidiaconus deprehenderit aliquos hanc ordinationem non curasse, et nihil ad effectum deduxisse, de illorum prouentibus certis et determinatis quotam pro reparandis his aedibus assignet et detrahat, prohibeatque soluentibus illam quotam, ne in alium usum, quam in reparationem domorum extradant. Si autem parochi sint ita exigui et tenues prouentus, ut non solum ad certa tecta aedium ecclesiasticorum conseruanda non supersint, sed ne ad sustentationem honestam sufficiant, vel certe parochiani de consuetudine, vel obligatione, ad extructionem, aut reparationem aedium parochialium teneantur, moneat diligenter archidiaconus, visitando parochiam, quo in hoc defectu et huiusmodi obligationibus subsidiis suis parochos suos iuuare et domum parochialem ad habitandum eis accomodare velint.

[8.] *De populo.*

Si parochus aliquod crimen publicum et scandalosum in suo parochiano, vel ex delatione fide dignorum, vel ex publica fama, cognoscat, eum primum inter se et illum paterne corripiat et moneat, ut ab illo detestat, cum comminatione, quia nisi resipuerit poene ecclesiae in eum extendentur. Quas tamen non prius irroget, quoad cum officiali communicauerit, et per aliam viam ad poenitentiam detestationemque publici criminis peccantem reuocare non potuerit.

[9.] *De hospitalibus pauperum.*

Hospitalia siue domus pauperum sint sub regimine praepositi, ubi est a fundatoribus constitutus, et prouisorum. In omnibus, potissimum autem ubi necessitatis ratio postulet, et per facultates hospitalis liceat, habeantur tria hypocausta, ut alterum sit pro masculis, alterum pro feminis, tertium pro infirmis. Tot pauperes in hospitalia admittuntur, quod capere et alere prouentibus suis, vel etiam piorum eleemosinis, et si fieri potest vestire valeant. Si non fuerint, qui ultro locum in hospitali expectant, inducantur illi, etiam inuiti. qui ad ecclesias stipem mendicant, et vel ob senectutem, vel ob morbum victum amictumque propriis manibus sibi quaerere non possunt. Et alias ordinarie non nisi infirmi et debiles [k. 69], et extrema pressi egestate, in catalogum hospitalis inscribuntur. In receptione pauperum prouisores cum proprio praeposito connotent res, si quas secum in hospitale attulerint, alienarique et legari eas non permittant, sed post obitum ad communem usum pauperum conuertantur. Et habeant unum librum, in quo non solum res dictas, sed etiam nomina, cognomina, et patriam receptorum in hospitale sub actu diei et anni conscribant. Recepti ad hospitale infra unam septimanam a die receptionis ad confessionem peccatorum suorum, etiamsi fieri potest generalem, faciendam simul et ad communionem sint astricti.

Praeposito siue capellano et prouisoribus sub poena exclusionis sint obedietae. In orationibus suis benefactorum, tam viuorum, quam mortuorum, hospitalis memoriam non intermittant, quod illis saepius sacerdotes et illorum praepositi inculcent, singulariter autem singulis diebus antequam se conferant cubitum. Orent autem simul pro dictis benefactoribus in memoriam Quinque Vulnerum Christi coram sanctissima eius imagine crucis quinq̄ Pater noster, Ave Maria, Symbolum Apostolorum, tum etiam recitent uno praeeunte, alta voce decalogum, quinq̄ Ecclesiae praecepta, opera misericordiae et alia, quae ex Cathéchismo doctrinae scire illos conuenit. Confiteantur et communicent non solum circa festum Paschae, sed etiam aliis diebus festis solemnioribus, videlicet: Natiuitatis Domini nostri, Epiphaniae, Ascensionis et Pentecostes, omnibus diebus sacratis Beatissimae Virginis, die anniuersariae dedicationis ecclesiae et in patrocinio ipsius, die festo Omnium Sanctorum, et SS. Petri et Pauli Apostolorum, S. Stanislai, S. Adalberti, Prima dominica Aduentus et Quadragesimae. Singulis diebus Missae sacrificium audiant non in porticu ecclesiae, sed intra ecclesiam Quando non habebitur in oratorio vel in capella hospitalis accedant, qui per valetudinem poterunt, ad illud audiendum parochiam. Finito cationem antiquam Bogarodzica deuote canant. SS. Sacramentum Eucharistiae quando ad infirmos portatur, illis praesentibus processionaliter sequantur. A rixis et dissensionibus absteineant et mutuam charitatem inter se foueant sub poena exclusionis ex hospitali contra incorrigibiles a praeposito seu capellano et prouisoribus ferenda. Infirmis et debilibus senibus et decrepitis singulariter officia mutua charitatis et pietatis exhibeant, semperque assicnetur a praeposito unus, vel una, qui vel quae talium peculiarem curam gerat.

Praepositus aut capellanus hospitalis inuigilet, ut res hospitalis per prouisores recte et ad commodum pauperum administretur. Et si forte muneri suo non satisfecerint, eos officiali sine dilatione deferat, et contra illos iure agat. Domus hospitalis ipsosque pauperes saepius visitet et de necessitatibus illorum inquirat. Et an sciant orationem Dominicam, salutationem Angelicam, decalogum aliaque ad salutem necessaria examinet, ignorantibus doceri faciat. Illius quoque muneris sit (nisi aliud ex erectione pateat) pro vindicatione rerum hospitalium tam mobilium [k. 63^l], quam immobilium, coniuncta manu cum prouisoribus agere. Sine eius scitu et consensu numquam agri et caeterae possessiones hospitali colocentur, nec circa hospitale aliquid disponatur, nec aliqui contractus etiam circa res mobiles fiant.

Prouisores in electione sua siue in principio officii sui super fidei administratione rerum hospitalium in manibus decani ruralis in praesentiaque proprii praepositi aut capellani hospitalis iuramentum corporale faciant. Habeant libros perceptarum et expensarum rationem reddituri illis, quorum interest de fidei administratione quotannis postridie Circumcisionis Domini²⁶ et archidiacono visitanti. Cauent autem, ne in res parum utiles et non necessarias prouentus hospitalis exponant, et ne in suum, vel alterius, quam hospitalis pau-

²⁶ Święto Obrzezania Pańskiego przypadało 1 stycznia.

perum, usum conuertant. Tales enim expensae in rationibus reddendis recipi non debent.

Habeat hospitale duas arcas pro excipiendis pecuniariis eleemosinis a prouisoribus bene oclusas. Altera in aede hospitalis sit semper, in qua imponatur eleemosina a praetereuntibus hospitale, alterem secum portent pauperes ad ecclesiam et per vicos oppidaque mendicantes circumferant. Illud quod datur, fideliter in cistam imponentes, quolibet die sabbathi a prouisoribus in praesentia praepositi vel capellani hospitalis aperiantur, et inuenta in eis eleemosina in communem victum pauperum conuertatur.

Has ordinationes praepositi et quiuis alii sacerdotes curam hospitalium aut domorum pauperum gerentes in polonicum idioma transferri et in tabulam pensilem transcribi, et saepius in anno pauperibus perlegi faciant. Archidiaconus autem, dum visitauerit archidiaconatum, an satisfiat illis, diligenter inquirat, ut in omnibus obseruentur pennis compellat.

[10.] *De constitutionibus prouincialibus et dioecesanis et decanis ruralibus.*

Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo sua omnes et singulos hortatur, ut praeter supra scriptas ordinationes alias etiam constitutiones tam prouincialium, quam dioecesanarum synodorum in omnibus obseruent, et exemplaria eorum habeant, crebroque relegant, ut non ignorent, quibus legibus eos vitam officiaque sua dirigere. Oporteat autem illis summopere Epistolam Pastoralem synodo prouinciali Illustrissimi Cardinalis Maciejowski adiunctam²⁷, quam cupit ab omnibus haberi, et quae in ea, de parochorum praescribuntur officii, accurate seruari.

Monet etiam decanos rurales, ut non solum ea, quae in Epistola Pastoralis aliisque prouincialibus aut dioecesanis synodis eis delegata sunt, sed etiam, quae scripto ab Illustrissima et Reuerendissima Celsitudine Sua pro informatione (quomodo se in hoc officio gerere debeant) data sunt, sedulo exequantur.

[11.] *De officialibus foraneis.*

[k. 70] *Officiales foranei in officio suo praestent se diligentes omnibus aequaliter. Ius dicant iuxta datam sibi ab Illustrissima et Reuerendissima Celsitudine iurisdictionem procedant. Inuigilent, ut ab omnibus prouinciales et dioecesanae constitutiones, et tam antecessorum, quam praesentes ordinationes, ad debitum effectum aducantur. Ut autem ad omnium notitiam veniant, tradant sub sigillis suis exempla illarum decanis ruralibus, decani, coacto conuentu in suis territoriis parochum et aliorum beneficiarum infra tres menses post peractam congregationem, ab omnibus describi eas faciant. Demum*

²⁷ „Pastoralna” kard. Bernarda Maciejowskiego została dołączona do statutów synodu prowincjalnego z 1607 r.; por. *Concilium provinciale Regni Poloniae, quod — — Bernardus Maciejowski — — archiep. Gnesnensis — — habuit Petricoviae a. D. 1607. Cracoviae 1630 k. C 3’.*

archidiaconus in suis visitationibus, an observantur diligentissime inquirat, officiales praeuaticatores iudicant et puniant. In horum fidem — — Datum in arce nostra archiepiscopali Louiciensi²⁸ die 27 mensis Mai anni Domini 1617.

2. Ordynacje i dekryty dla poszczególnych parafii w archidiaconacie kurzelowskim, wydane przez arcybiskupa Wawrzyńca Gembickiego na podstawie wizytacji archidiaconalnej i ogłoszone na synodzie kurzelowskim w dniach 6 — 8 VI 1617 r.

(Łowicz) 10 V 1617

Or.: Nieznany.

Kopia: ADKiel Acta actorum officialatus Cureloviensis 1616—1666 k. 70—78 (Dawna paginacja: k. 15—23).

Tytuł wpisu: *Ordinationes et decreta ex visitatione R. D. Martini Plocii archidiaconi Cureloviensis, mensibus septembre et octobre anno Domini 1616 peracta, factae.*

Literatura: zob. Teksty nr 1.

[K. 70] Illustrissimus et Reuerendissimus D. D. Laurentius Gembicki²⁹ — — ex visitatione R. Martini Plocii archidiaconi Curelouien-sis mensibus septembre et octobre anni 1616 peracta, infrascriptas ordinationes in ecclesias et ad res et ad personas pertinentes dat et decernit, et ab omnibus seruandas sub poenis in eis contentis aliisque arbitrariis statuit et proponit:

[1.] *Ecclesia collegiata Cureloviensis*³⁰

In pixide argentea Ssmum Sacramentum ad infirmos decumbentes in ciuitate non autem in bursa coriacea, praeterquam ad agros vilanos, idque nova et pulchre accommodata imposterum portetur. Et paretur aliquod siue ex czabeleto, siue ex alia materia pretii minoris baldachinum, quod Ssmum Sacramentum, quando ad infirmos ciuitatis defertur, a pluuiis et iniuriis coeli defendat et venerationem addat SSmo Corpori Domini nostri. Tale autem parandum esset ad minus, quod vel portica decenter subnixum ab uno ministro super caput sacerdotis commode deferri posset.

Ut lampas ante tabernaculum Ssmi Sacramenti ex fundatione Meszeniana ardeat, curae capituli committitur. Olea sacra deinceps secundum ritum prouinciae quotannis feria quinta magna crementur, et noua ad summum infra unam septimanam post Pascha a capitulo procurantur non solum pro collegiata, sed etiam pro aliis archidiaconatus Cureloviensis ecclesiis, utque ex collegiata ecclesia per om-

²⁸ W Łowiczu (dziś archidiecezja warszawska, wojew. warszawskie) rezydowali prymasi polscy już w XV w., por. J. Korytkowski: *Arcybiskupi gnieźnieńscy, prymasowie i metropolici polscy od roku 1000 aż do roku 1821*. T. 2. Poznań 1888 s. 125.

²⁹ Wawrzyńiec Gembicki arcybiskup gnieźnieński, zob. przyp. 18.

³⁰ Kurzelów, osada w pow. Włoszczowa, wojew. Kielce, dawna kolegiata, obecnie kościół parafialny w diecezji kieleckiej.

nes ecclesias archidiaconatus a parochis sumantur, et non aliunde. Curam et sollicitudinem dominus archidiaconus suscipiat et videat, quo singulis annis in omnibus ecclesiis antiqua comburentur et noua habeantur, et in locis conuenientibus bene seratis asseruentur.

Altaria decenter adornata conseruentur et fundationibus illorum satisfiat sub poena arbitraria, aut in erectione praefinita ad instantiam instigatoris decernenda. In non consecratis altaribus, aut carentibus portatilibus consecratis, omnino in capella autem D. Pieniążków sine speciali indulto non celebretur sub praedicta poena. In eos autem, qui hactenus ausi fuerunt rem diuinam facere in hac capella absque indulto, et in non conserato portatile, altari poenam Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo sua decernit, ut singulas ferias quartas per medium annum ieiunio quadragesimali ieiunetur.

Ut organum absque dilationibus reparetur, pecuniis ad hanc rem destinatis, et organarius more antiquo conducatur, committit Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Sua capitulo. Quoniam autem ab aliquot annis organum silet, et fructus ad organarium pertinentes percipiuntur, Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo rationem perceptarum requirit a capitulo, et si non suffecerit pro reparatione organi assignata quota, reliquam ex perceptis fructibus, organario seruientibus, peti vult.

Suppellex sacra ecclesiae munde seruetur, pro scriniis. in quibus atteruntur sacra apparamenta, potius armaria patentur, quibus casulae et pluuialia ordinate disiunctis coloribus dependeant, quemadmodum in ecclesiis patrum SSmi Nominis Jesu, et aliis rite ordinatis fieri consuevit. Si quae autem casulae detritae et lacerae et parum decorae reperiuntur, eas reparari et ad meliorem formam redigi, aut certe nouas parari Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Sua mandat, totique capitulo eius rei curam et dominio custodi ministerium perficiendi imponit. Sacristia deformata stillicidiis dealbetur competenter, et in illa tam praelati et canonici, quam alii sacerdotes ad celebrandam Missam se vestiant. Bibliothecae cura a capitulo uni ex gremio committatur, qui librorum habeat cathalogum capituli sigillo obsignatur, et eos iuxta illum, quando capitulum repetet reddere teneatur. Cymeterium ab omnibus partibus iuxta antiquum usum sepiatur, ne pateat bestiis, dat opera capitulum subsidiis oppidanorum et aliorum, qui ecclesia illa utuntur.

Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo sua non sine dolore intellexit, quod praelati et canonici pene nulli praeter solum praepositum ad ecclesiam collegiatam resideant, nec eam visitare soleant, nec vicarios foueant, ideo decernit diligenti deliberatione praehabita, ut illi, qui cum praelaturis et canonicatibus habent alia beneficia ex dispensatione [k.71], teneantur ad suas septimanas decantandas ad collegiatam ecclesiam venire, vel si ob maius commodum aliarum suarum ecclesiarum et alias iustas ob causas accedere nequeant, aliquem ex confratribus, qui septimanale munus obeat, in locum suum constituent. Septimanam autem suam non solum diebus Dominicis, sed etiam pro festis tribus, nimirum die Martii, Iouis et Sabbathi dicendo Missam celebrent sub poena decem marcarum polonicalium. Contra cum qui abesset a sua septimana et quatuor diebus in septimana Missam per se, vel per alium legitime impeditus, non cantaret, extendendam ad instantiam instigatoris Illustrissimi Domini et applicandam necessitatibus ecclesiae Curelouiensis.

Vicarios D. D. praelati et canonici singuli iuxta fundationem suam habeant, illi, qui hactenus eos non habuerunt, teneantur infra tres menses habere et in vicariatum inuestiri procurare sub poena arbitraria Illustrissimae Celsitudinis Suae. Pro ea vero negligentia, quod hactenus nullos habuerint, poenae iuxta priores ordinationes antecessorum irrogandae. Per hos vicarios officia diuina in hunc modum absoluantur: singulis diebus matutinum de die cantetur, post matutinum Missa ex fundatione Musceniana legatur per altaristam. Absoluta hac Missa continuetur officium diuinum a vicariis: prima, sacrum maturum. deinde tertia, sexta, nona a schola autem sacrum summum cantando, quae etiam vespere cum completorio psallet praecinente hebdomadario. Qui praeest ex gremio capituli vicariis, ille quoque curam diligentem habeat quomodo obligationibus suis satisfaciant, num diuina officia debite et integre content, num decenter, non raptim, non confuse, num alterius versibus psalmodiam faciant. ita ut ab utraque parte par sit numerus, et cantus non praeceps, sed aequabilis at ad deuotionem conformatus.

Altarista Muscenianus resideat, vel si habet dispensationem, vel per alium satisfaciat obligationi, moneatur ab archidiacono cum comminatione poenae priuationis. Vicarius archidiaconi ex nunc dimittat vicecustodiam, custos vicecustodiam aliam, qui curam sacristiae et clausure ecclesiae gerat, et archidiaconus alium vicarium canonicè inuestitum semper habeant.

Concionator ordinarius, qui censum habet annum, per seque officium concionatoris adimpleat, et per capitulum designetur quam primum idoneus, qui ab Illustrissima et Reuerendissima Celsitudine Sua, vel ab officiali ex illius commissione, approbetur.

Qui scholae curam gerit prouideat, ut semper rector scholae sufficiens pro erudiendis pueris habeatur, qui non solum gramaticam, sed etiam cathedasticam lectionem bis in septimana illis competenter praelegat, non intermittatque doctrinam arithmeticae iuxta antiquam consuetudinem.

Cantor quoque, gnarus musicae, ab eo, cui subest, semper procuratur, qui non solum in templo centet, sed etiam in schola pueros musicam doceat die Sabbathi secundum morem veterem. Iuvenes scholares, dicti astantes, astringantur per superiorem [k. 71] scholae, ut cum aliis scholaribus lectionibus a magistro praelegendis musicaeque studeant. A Iudaeorum spoliis et pulsationibus se abstineant, neque amplius a quoquam exigant ultra duos solidos.

De hospitali, circa praedictam ecclesiam sito, desiderat Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Sua a prouisoribus ampliore habere informationem. Interim ordinat et decernit, ut tot pauperes in hospitale recipiantur, quot commode possunt ali, etsi fieri potest etiam vestiri prouentibus illius. Hipocaustum, ut alterum sit pro masculis, alterum pro feminis, et tertium pro infirmis, extruatur, quamprimum per prouisores pro pecuniis, apud eos in rationibus per archidiaconum factis, residuis. Si quid autem superfuerit ex illis id conuertatur pro coemendis lectis et aliis utensilibus pro usu communi pauperum. Pronisoribus suis et capellanis coniunctim in omnibus obedientes sint. In orationibus suis benefactorum tam viuorum, quam defunctorum, hospitalis memoriam non intermittant, quod illis saepius capellanus inculcet. Singulariter autem singulis diebus antequam ibund cubitum orent omnes simul pro dictis benefactoribus

quingies Pater noster, Ave Maria cum Symbolo Apostolico. Tum etiam recitent, uno praeunte alta voce, decalogum, quinque praecepta Ecclesiae aliaque ad salutem necessaria.

Confiteantur et communicent non solum circa festum Paschae, sed etiam aliis diebus festis solemnioribus, videlicet: Natiuitatis Domini, Epiphaniae, Ascensionis, Pentecostes, omnibus diebus sacratis Beatissimae Virginis, die anniuersaria dedicationis collegiatae ecclesiae, et in patrocinio ipsius, die Omnium Sanctorum, et SS. Petri et Pauli, S. Stanislai et Adalberti, Prima dominica Aduentus et Quadragesimae, immo vero etiam quauis prima dominica mensis. Singulis diebus Missam audiant non in porticu ecclesiae, sed intra ecclesiam. Finita Missa cantionem Bogarodzica deuote canant, Ssmum Eucharistiae sacramentum, quando ad infirmos portatur, semper processionaliter sequantur. A rixis et dissensionibus abstineant et mutuam charitatem inter se foueant sub poena exclusionis ex hospitali contra ircorrigitibiles. Infirmis et debilibus, senibus decrepitis singuli mutuo officia pietatis et charitatis exhibeant, semperque assignetur unus vel una, qui vel quae talium peculiarem curam gerat. Res, quas secum in hospitale attulerint, prouisores conscribant, alienari et legari eas non permittant, sed post obitum ad omnium usum pauperum conuertant. Et habeant unum librum, in quo non solum res dictas, sed etiam nomina, cognomina, patriam pauperum receptorum in hospitale sub actu diei et anni conscribant. Recepti ad hospitale infra unam septimanam a die receptionis ad confessiones, et etiam si fieri potest generalem, et ad communionem sint adstricti. Quod, ut ad effectum deducatur per prouisores, cura et officium capituli Illustrissima et Reuerendissima Celistudo Sua vult esse.

[2.] *In ecclesia in villa Janoszowice*³¹

Capsula vel pixis deceas noua pro conseruando Ssmo Eucharistiae Sacramento, et bursa pro eodem deferendo ad infirmos quam primum procuretur. Olea [k. 72] sacra postea in ciborio non seruentur, sed in loco alio, separato, mundo et decenti sub clausura commoda, idque ad cornu maioris altaris. Prouideat futurus parochus vas intus dealbatum, nouum, pro aqua baptismali bonamque clausuram baptisterii. Librum Agendorum quam primum et successiue Graduale et alias ad cantum ecclesiasticum pertinentes procuret. Monstrantiam, si potest, reparari faciat. Sacristiam, quae undequaque rimis et fissuris laborat, parochus cum vitricis, implorato adiumento parochianorum, sic reparat, ut tuto et commode suppellex ecclesiae in ea conseruari possit, diuersasque seras cum suis diuersis clauibus templi et sacristiae habeat. Commendarius modernus quam primum praesentationem et institutionem procuret, ultra tempus commendae non accedat sacramentorum administrationem et curam animarum attingere. Tectum templi reparatur, in eam rem eleemosynae ex suggesto concionibus peractis flagitentur, et quidquid collectum, fideliter in hunc et alios ecclesiae usus inpendatur.

³¹ Januszowice dawna parafia z kościołem św. Krzyża, obecnie wieś parafialna w parafii Kluczewsko w diecezji kieleckiej, pow. Włoszczowa, woj. Kielce.

[3.] *In ecclesia in villa Stanowiska*³²

Clausura baptisterii comoda omnino paretur. Agenda noua Pouodouii³³ aut eam, quae ex denuo auctoritate Illustrissimi fuerit impressa³⁴ quamprimum, successiue autem Graduale et Antiphonarium, vitrici ecclesiae cum parocho prouideant. Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Sua dat negotium, ut tectum ecclesiae a parte septentrionali, magna ex parte putrefactum et musco obsitum, et tectum campanilis reparari procuret cum parochianorum subsidiis, quae pro concione parochus diligenter ab eis petat.

[4.] *In ecclesia parochiali Przedborz*³⁵

Super portatili non integro non celebretur, idque quamprimum remoueatur et integrum consecratum procuretur. Loco scriniorum armaria pro seruandis vestibus sacris adaptentur. Sacelli, versus meridiem siti, parietes dealbentur et fenestra reficiantur per praebendarium. Alterius sacelli versus septentrionem sibi reditus amplius plebani Przedborzenses non usurpent, sed praebendarii usui eos relinquunt. Quoniam autem nondum post conflagrationem hoc sacellum restauratum est, nec videatur hebere alios sumptus pro restauratione Illustrissimus et Reuerendissimus Dominus mandat, ut quamdiu non reparabitur, prouentus sacellano seruientes in reparationem illius conuertantur; curam reparandi illud committit parochi et vitricis, et postmodum sacellanus praesentetur. Imagines huius altaris reponatur munda in loco decenti et caueat parochus, ne vel destruantur asseres illarum, vel ipsemet deturpentur, alias damnum resarciat. Partem cymiterii, quae est intra domunculis sacerdotum, procuret parochus cum vitricis bene et proportionaliter sepeli. Domus parochialis tectum et scholam parochus, quae undique stillidiciis patet, reparari faciat. Ineat rationem sum prouisoribus et magistratu Przedborzensi, quomodo hospitalis domus restauretur, ut habet tria diuersa hypocausta, alterum [k. 72'] pro masculis, alterum pro feminis, tertium pro infirmis. Videat quoque, ut prouisores pendeant hospitali, iustam pensionem ex agris, quos colunt.

[5.] *In ecclesia in villa Policzko*³⁶

Tenest omnino parochus Przedborzensis penes hanc ecclesiam, prout tenere olim solebat vicarium, assignata illi certa portione ad

³² Stanowiska, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Włoszczowa, wojew. Kielce.

³³ Agenda Powodowskiego, przyp. 20.

³⁴ O zabiegach prymasa W. Gembickiego około wydania ksiąg liturgicznych dla Kościoła w Polsce zob. J. Korytkowski: dz. cyt., t. 3 (1889) s. 370.

³⁵ Przedbórz, osada, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

³⁶ Polecko, lub Policzko, wieś parafialna w parafii Przedbórz w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie. Samodzielna parafia istniała

se sustentandum necessaria, qui isthic residendo curam animarum administret cum satisfactione plebis. Si illum infra sex menses a publicatione praesentium non habuerit, extunc ad instantiam instigatoris portio et vicarius pro officium decernatur. Moneat saepius parochus Przedborzensis vitricos huius ecclesiae, ipse quoque suam curam apponat, ut tempestiue, antequam vetustate ecclesia corruerit, ligna pro illa reparanda prouideantur; et diligentius inquirat de fure suppellectilis huius ecclesiae.

[6.] *In ecclesia in villa Skotniki*³⁷

Ciborium intus et extra pulchre et decenter adornetur, baptisterii autem clausura commoda quamprimum procuretur. Videaent vitrici, ut scrinia, in quibus suppellex ecclesiastica seruatur, habeant binas seraturas. Fenestras ecclesiae, quae sunt ex parte confractae, parochus cum vitricis refici procuret. Claves ecclesiae et sacristiae non penes scholae rectorem, sed penes parochum seruentur in posterum.

[7.] *In ecclesia in Pilczyca*³⁸

Tectum in turricula ecclesiae, alias na spicy, reparare et cymiterium bene saepiri parochus sum vitricis curet.

[8.] *In ecclesia in villa Żeleznica*³⁹

Ciborium intus bene adornetur quamprimum per parochum. Idem quoque clausuram loci, in quo olea sacra seruantur, nec non vasa noua pro eis et adminus unum portatile pro minoribus altaribus prouideat. Parietes foraminosque ecclesiae intus sic accommodentur, ne ventis paritque tectum ecclesiae reparari et cymiterium bene saepiri, imploratis subsidiis parochianorum, opera parochi et vitricorum curetur. Similiter vas unum pro fonte baptismali nouum, intus dealbatum, per parochum et vitricos prouideatur.

[9.] *In ecclesia parochiali Nowopoliensi*⁴⁰

Curet praepositus consecrari parochialem ecclesiam quam primum et pensionem apud oppidanos, adiuncta parte notabili ex suis

jeszcze w 1791 r., zob. *Regesty wybranych zapisek z akt działalności arcybiskupów gnieźnieńskich*. Wyd. H. Rybus. Archiwa, Biblioteki i Muzea Kościelne. T. 3: 1961 s. 395.

³⁷ Skotnicki, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

³⁸ Pilczyca, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

³⁹ Żeleznica, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

⁴⁰ Nowopole, dawne miasto i parafia, obecnie nieistniejące.

redditis, organario, ne amplius organum ob defectum organarii, sileat. Tectum ecclesiae in omnibus partibus reparetur. Census ex legato Panosii 100 florenorum hospitali facto quamprimum ematur, et contractariam emptionis ad capellariam Illustrissimi a praeposito, vel eius commendario, transmittatur.

[10.] *In ecclesia in villa Kuczków*⁴¹

[k. 73.] Procuret parochus quamprimum portatile adminus unum pro altari minore et altare minus, quod iam cum pariete ecclesiae minatur ruinam, reparari. Prouideat tempestiue parochus et vitrici quomodo parietes tectaque ecclesiae et campanile resarciri. Sacristia autem extrui subsidiis parochianorum queat. Agat parochus iure in iudiciis minoribus de restitutione agrorum, qui vocantur Grodek Nowy pod Galem; cum causa deuoluetur per appellationem ad iudicium tribunalis Regni Illustrissimi Domini procurator eam sumptu Illustrissimi Domini promouebit.

[11.] *In ecclesia in villa Czarnca*⁴²

Procuret parochus quamprimum aliud portatile consecratum, quoniam istud quoad praesens utitur non constat esse certo consecratum. Altarista eiusdem ecclesiae Joannes Lagiewnicki⁴³, quod non satisfaciat obligationi suae et bona dicti altari dedit ad usum haeretico et blasphemio, citetur ad instantiam instigatoris ad officialem. Claves ecclesiae numquam penes rectorem scholae seruentur, sed penes parochum. Parochus inquirat omnino de imagine Christi crucifixi argentea, quae fuit in summitate monstrantiae posita, similiter de pacificali amisso. Graduale et successiue alios libros ad ecclesiasticum cantum necessarios parochus cum vitricis emat. Idem tabulatum et tectum ecclesiae et campanilis et ossorii sine dilationibus refici procuret, imploratis subsidiis parochianorum. Circa locum, in quo haeretica femina est sepulta sit, saepes accommodentur, ut sepulchrum non intra, sed extra, cymiterii saepes positum dignoscatur. Quamprimum parochus cum vitricis agat cum domino Gnazdowski canonico Cracoviensi⁴⁴ ut pecuniam datam pro poena a domino Kłobakowski et sibi pro comparanda campana ad dictam ecclesiam concreditam, restituat, vel companam pro illa emptam remittat.

⁴¹ Kuczków, wieś, parafia w diecezji kieleckiej, pow. Włoszczowa, wojew. Kielce.

⁴² Czarnca, wieś, parafia w diecezji kieleckiej, pow. Włoszczowa, wojew. Kielce.

⁴³ Ks. Jan Łagienicki bliżej nie znany.

⁴⁴ Ks. Piotr Gnazdowski, scholastyk gnieźnieński, kustosz płocki, kanonik krakowski i poznański. Kanonię krakowską uzyskał 31 XII 1586. Zmarł w 1624 r. i pochowany został w katedrze metropolitalnej w Gnieźnie. Zob. J. Korytkowski: *Praci i kanonicy*, t. 2 (1883) s. 170 n.

[12.] *In ecclesia in villa Konieczno*⁴⁵

Clausuram commodam baptisterii parochus cum vitricis prouidat. Pauimentum aequale et saepes cymiterii procuret, ciborium contegi et fenestras ecclesiae refici faciat. Parochus ecclesiae custos Curelouiensis citetur per officium ad praesentandum parochum legitimum et amplius haec ecclesia nonnisi per parochos institutos regatur.

[13.] *In ecclesia parochiali Małogostensi*⁴⁶

Olea sacra non asseruantur in ciborio, sed in alio loco decenti et separato. Indulgentiae a Friderico cardinali⁴⁷ fraternitati pellificum et satorum concessae diligentius ab archidiacono reuideantur, et, si repperit eas sublatas, usum earum non obstante approbatione Reuerendissimi antecessoris⁴⁸ interdicat. Organum vitrici cum praebendario refici procuret qumprimum. [k. 73']. Cum ex prouentibus appareat plures in hospitali posse viuere pauperas Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Sua mandat praeposito et prouisoribus hospitalis, ut in hospitale tot recipiant pauperes, quot victum, et si fieri potest amictum, ex prouentibus eleemosynisque piorum habere possunt. Mansionarium tertium dominus praepositus prouideat, alias ad Illustrissimam et Reuerendissimam Celsitudinem Suam deuoluetur prouisio illius.

[14.] *In ecclesia parochiali in villa Rembieszyce*⁴⁹

Parochus quamprimum procuret commodam clausuram baptisterii. Idem cum vitricis Agendam Pouodouii⁵⁰ emat et successiue alios libros ad cantum ecclesiasticum necessarios, et amplius dieecesana Gnesnensis Agenda antiqua non utatur sum poena quatuor marcarum

⁴⁵ Konieczno, wieś, parafia w diecezji kieleckiej, pow. Włoszczowa, wojew. Kielce.

⁴⁶ Małogoszcz, osada, parafia w diecezji kieleckiej, pow. Jędrzejów, wojew. Kielce.

⁴⁷ Kard. Fryderyk Jagiellończyk (1468—1503) najmłodszy syn Kazimierza Jagiellończyka i Elżbiety Habsburżanki. Wychowany przez Jana Długosza i Kallimacha otrzymał jeszcze w 1488 r. biskupstwo krakowskie, nie posiadając wówczas jeszcze żadnych święceń. W r. 1493 został wybrany arcybiskupem gnieźnieńskim i dopiero teraz przyjął wyższe święcenia. W tymże roku pap. Aleksander VI zamianował go kardynałem tyt. św. Łucji. Fryderyk miał wówczas 25 lat. Zob. H. Rybus: *Fryderyk Jagiellończyk*. Pol. Słow. Biogr. T. 7 (1948—1958) s. 167—169.

⁴⁸ Poprzednikiem na stolicy prymasowskiej Wawrzyńca Gembickiego był arcybiskup Wojciech Baranowski (1608—1615), por. A. Strzelecki: *Wojciech Baranowski*, Pol. Słow. Biogr. T. 1 (1935) s. 286—289.

⁴⁹ Rembieszyce, wieś, parafia w diecezji kieleckiej, pow. Jędrzejów, wojew. Kielce.

⁵⁰ Agenda Powodowskiego, zob. przyp. 20.

per archidiaconum in comparandam Pouodouianam conuertenda. Parochus omnino agat iure de decimis manipularibus post agros praediales nobilium.

[15.] *In ecclesia in villa Bolmin*⁵¹

Capsulam pro deferendo Ssmo Sacramento ad infirmos parochus quamprimum prouideat, ossorium aedificari, fenestras autem ecclesiae refici viitrici cum parochio faciant.

[16.] *In ecclesia parochiali Chenciny*⁵²

Curet praepositus apud parochianos, ut componant et assignent aliquod stipendium pro organario, ne organum unquam sileat, et de suo aliquam partionem adiungat. Praebendarius altaris in parte ecclesiae meridionali sibi omnino prouideat alterum portatile, et sine dilationibus agat iure in minoribus subselliis iudiciorum de agros, qui occupatur a domino Mathia Jedlinski sub amissione eiusdem praebendae, si deouletur per appellationem causa ad iudicium tribunalis Regni Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae procurator eam promouebit. Diploma indulgentiarum a Reuerendissimo olim Andrea Krzycki archiepiscopo Gnesnensi⁵³ concessarum fraternitati S. Annae, quoniam sunt ex abrogatis, per praepositum Chencinensem ab eadem fraternitate repetatur, et ne amplius reducant in usum eiusmodi indulgentiae interdicatque, quemadmodum praesentibus interdicatur. Circa capellam S. Mariae Magdalenae Illustrissima et Recrendissima Celsitudo Sua ordinat et decernit, ut modernus praebendarius sub amissione eiusdem praebendae quamprimum quinquaginta florenos a Jacobo Kotecki ciue Chencinensi iure repetat, quibus capellam eiusque sacristiam reparat. Idem de triginta florenorum a R. D. Joanne Leszczyński⁵⁴ datis pro cruce argentea cum magistratu Chencinensi iure agat et pro eis crucem argenteam capellae emat. Si praedicta capella non habet populum sibi subiectum iure parochiali praebendariusque penes eam non habitat, non seruetur in illa Venerabile Sacramentum nec ex ea ad infirmos deferatur. In hospitali amplius pauperes cum feminis promiscue non habitent, sed destinetur per praepositum aliud [k. 74] hypocaustum pro masculis, aliud pro feminis et tertium pro infirmis aedificetur cura prouisorum hospitalis. Diligenter archidiaconus cum praeposito Chencinensi examinet, num ille census, qui percipitur in fructibus ex agris centum floreno-

⁵¹ Bolmin, wieś, parafia w diecezji kieleckiej, pow. Jędrzejów, wojew. Kielce.

⁵² Chęciny, miasto, parafia w diecezji kieleckiej, pow. i wojew. Kielce.

⁵³ Andrzej Krzycki h Kotowicz (1843—1837) od 1523 r. biskup przemyski, od 1527 biskup płocki, a od r. 1535 arcybiskup metropolita gnieźnieński i prymas Polski. Zob. J. Korytkowski: *Arcybiskupi gnieźnieńscy*, t. 3 (1889) s. 1—44.

⁵⁴ Jan Leszczyński kapłan, bliżej nie znany.

rum a Stanislao Szypnik, non sit usurarius et illicitus, videtur enim iste fructus excedens censum sex florenorum, qui annuatim iuxta communem usum prouenire solet a centum florenorum.

[17.] *In ecclesia in villa Piekoszow*⁵⁵.

Pixidem cupream concontractam et tabulatum in choro minore ex magna parte putrefectum reparari et adornari parochus procuret. Locus ille, in quo est posita ambona sic accommodetur per parochum, ne ex fornice sacristiae per eum aditus ad ecclesiam furibus pateat, alias si quid ecclesiae per eum auferetur, damnum parochus compensare tenebitur.

[18.] *In ecclesia in villa Chelmce*⁵⁶.

Parochus cum vitricis procuret ossorium, in quo collecta ossa reponantur, similiter tabulatum in maiori choro nunc semilaceratum refici faciat. Parochus de decimis reliquis iure agere non negligat.

[19.] *In ecclesia in villa Łopuszna*⁵⁷.

Procuret parochus pro minoribus altaribus portatile consecratum. Faciet parochus cum vitricis ecclesiae tabulatum bene compingi, ne pulueres super altaria decidant, pauimentum aequari, tectum et domum parochialem refici, imploratis subsidiis parochianorum, si opus fuerit.

[20.] *In ecclesia in villa Mnin*⁵⁸.

Olea sacra seruatur in loco bene serato. Procuret parochus cum vitricis tectum ecclesiae refici et cymiterium circumcirca saepiri et pauimentum aequari. Parochus iure vindicet prouentus ex decimis prouenientes sine dilatione et domum parochialem reparat.

⁵⁵ Piekoszów, osada, parafia w diecezji kieleckiej, pow. i wojew. Kielce.

⁵⁶ Chelmce, wieś, parafia w diecezji kieleckiej, pow. i wojew. Kielce.

⁵⁷ Łopuszno, wieś, parafia w diecezji kieleckiej, pow. i wojew. Kielce.

⁵⁸ Mnin, wieś, parafia w diecezji kieleckiej, pow. i wojew. Kielce.

⁵⁹ Węgleszyn, wieś, parafia w diecezji kieleckiej, pow. Jędrzejów, wojew. Kielce.

⁶⁰ Krasocin, wieś, parafia w diecezji kieleckiej, pow. Włoszczowa, wojew. Kielce.

[21.] *In ecclesia in villa Wegleszyn*⁶⁰.

Curent parochus et vitrici ecclesiae parietes et tabulatum in minore choro accommodari et refici, pauimentum adaequari, et seraturam commodam ecclesiae Agendamque haberi.

[22.] *In ecclesia in villa Kraszocin*⁶⁰.

Parochus ciborium decenter adornet, et, ne se reuoluat, prouideat. Ciborii clauis amplius a colonis non seruetur, sed sub custodia sacerdotis sit.

[23.] *In ecclesia in villa Chotow*⁶¹.

Curet parochus commodam clausuram baptisterii et ecclesiae tectum tabulatumque sacristiae quamprimum refici. Cymiterium undique saepiri, ossorium accommodari. Domum parochialem parochus, ubi antiquitus fuit extracta, extrui et alteram pro vicario desolatam restaurari faciat. [k. 74'] Tabulatum ecclesiae in maiore choro putrefactum reparet et pauimentum aequet.

[24.] *Capella in villa Wiśnicze*⁶².

Moneat officialis haeredes villae, ut si cupiunt rem diuinam in capella sua peragi, dotem illius constituent. Caueat autem edicto suo, ne audeat ullus in ea celebrare sine licentia et indulto.

[25.] *In ecclesia parochiali Żarnouiensi*⁶³.

Curet parochus cum vitricis, ut pauimentum ecclesiae sit bene stratum. Efficiat parochus apud parochianos, ut pro organario certam aliquam contributionem quotannis componant. Urgeat, ut sacellum oppidanus, qui fecit sepulturam in eo, prout promisit, quamprimum reparet. Parochus domum parochialem restaurare non differat. Vindicet legata pia facta hospitali, et iuxta mentem testatorum ad usum hospitalis ea disponat. Capellam S. Otholiae, quantum fieri potest, subsidiis piorum refici procuret.

⁶¹ Chotów, wieś parafialna w parafii Olesno w diecezji kieleckiej, pow. Włoszczowa, wojew. Kielce. Prawa parafialne straciła jeszcze przed r. 1772/95, zob. J. K o r y t k o w s k i: *Arcybiskupi gnieźnieńscy*, t. 1 s. 37.

⁶² Wiśnice, dawna parafia, dziś wieś w parafii Kozłów w diecezji kieleckiej, pow. Jędrzejów, wojew. Kielce.

⁶³ Żarnów, osada, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

[26.] *In ecclesia parochiali Radoszyce*⁶⁴.

Vas pro aqua baptismali accommodetur, ut in eo semper aqua munda conseruari possit. De dote sacelli inquirat postmodum diligentius archidiaconus. Fores in porthico templi ferreae bene accommodentur. Parochus submissionis suae in soluendo salario 4 florenorum organario satisfaciat. Missale Romanum adhuc unum et Agendam Pouodouil⁶⁵ omnino ex suo parochus emat et amplius antiqua non utatur sub poena quatuor marcarum. Similiter procuret cum vitricis libros ecclesiasticos nouiter reformatos. Graduale. Psalterium Antiphonarium. Vindictet omnino parochus agros ecclesiae per magistratum Radoszycensem distractos et venditos, et contra oppidanos occupantes bonorum ecclesiasticorum agat. Habeat omnino secundum antiquum morem vicarium alterum cantorem et campanatorem, alias, si a publicatione praesentium intra duos menses praedictos ministros ecclesiae non procurauerit, defalcet et assignat officialis ex fructibus eius salarium illis dandum. Diebus ferialibus Missa tempore opportuno, quo artifices et caetera plebs eam audire possit, celebretur. Scholae rectorem idoneum, qui non sit uxoratus, pro erudiendis pueris magistratus cum parochus quamprimum procuret. Modernus autem uxoratus amplius se in exercitium scholae rectoris ne immisceat.

[27.] *In ecclesia in villa Lipa*⁶⁶.

Parochus cum vitricis pauimentum ecclesiae adaequari faciat, et successiue Graduale, Psalterium, Antiphonarium editionis nouae emat. Saepes cymiterii penes sepulchrum haeretici sic accommodentur, ut sepulchrum extra saepes remoueat. De decimis manipularibus in minoribus subselliis parochus omnino agat, quod si ad iudicium tribunalis causa deuenit procurator Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae illam promouebit. [k. 75].

[28.] *In ecclesia in villa Czerwno*⁶⁷.

Baptisterii sacri clausura commoda prouideatur per parochum, vas pro aqua baptismali aliud bene tersum procuretur, in quo munda aqua benedicta conseruari queat. Sacristiae parietes sic reficiantur, ne sacristia pateat ventis: successiue procuret parochus cum vitricis Graduale nouum.

⁶⁴ Radoszyce, osada, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

⁶⁵ Agenda Powodowskiego, zob. przyp. 20.

⁶⁶ Lipa, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

⁶⁷ Czerwno, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

[29.] *In ecclesia in Falkow*⁶⁸.

Ecclesiam S. Sophiae ante oppidum Falkow procuret parochus a Falkouienses et caeteris parochianis suis refici et restaurari, ut in ea cultus diuinus, ad quem fuit extracta, decenter peragatur.

[30.] *In ecclesia in villa Bedlno*⁶⁹.

Ciborium intus et extra pulchre adornetur. Pauimentum ecclesiae lateribus sterni et complanari et tectum vestibuli, ecclesiae, ossorii, campanilae nec non testitudinem sacristiae refici quamprimum parochus cum vitricis curet.

[31.] *In ecclesia parochiali Odrowasz*⁷⁰.

Cistella coriacea, si non potest pixis cuprea, pro conseruando in ciborio et bursa noua pro deferendo Ssmo Sacramento ad infirmos per parochum prouideatur quamprimum. Tabulatum sacristiae accommodetur bene et aequaliter. Prouidet parochus cum vitricis, ne aqua humectet pauimentum sacristiae, et ut fenestra versus orientem crate muniatur, ne per eam furibus aditus sacristiam pateat. Graduale, Psalterium, Antiphonarium parochus procuret. Idem cum vitricis procuret fenestras ecclesiae quamprimum decenter refici, pauimentum aequaliter sterni, tempestius reparari campanile, ne negligentia eorum collabatur. Ianuas cymiterii sic accommodent, ne per eas pateat aditus in cymiteriis bestiis. Mandatur omnino parochi, ut aedificia parochialia quamprimum reparari faciat, si opus et usus est, imploratis subsidiis parochianorum.

[32.] *In ecclesia parochiali Gowarczow*⁷¹.

Non seruetur amplius olea sacra in ciborio, sed in alio loco separato. Omnia altaria mappis, et antependiis debite adornari faciat parochus. Testitudinem columnae proximam ad praesens vitiatam quamprimum sic refici parochus cum vitricis procuret, ne negligentia ipsorum collabatur. Imago crucifixi a cruce argentea et flores a crucibus auulsi, si non inueniuntur per parochum compensentur. Pacificale argenteum, rotundum, oppignoratum apud praebendarium Radoszycensem quamprimum redimatur. Organarius semper habeatur. Quoniam autem fructus organarii parochus hactenus percepit ad eos refundendos

⁶⁸ Falków, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

⁶⁹ Bedlno, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

⁷⁰ Odrowąż, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

⁷¹ Gowarczów, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Końskie, wojew. Kielce.

astringatur. Libros pro cantu ecclesiae parochus procuret. Idem cum vitricis cymiterium undique cingi et ossorium tegi faciat. Ut domum parochialem parochus infra biennium a publicatione praesentium restauret et reficiat, ita quo possit cum commoditate inhabitari ei mandatur sub paenis arbitrariis. Sub iisdem poenis schola, quae ad praesens inhabitari non possit, ut reparetur quamprimum, omnino prouideat. [k. 75].

[33.] *In ecclesia in villa Petrykozy* ⁷².

In fracto portatilo amplius non celebretur, sed procuretur aliud consecratum et integrum. Altaria decenter adornari parochus faciat.

[34.] *In ecclesia parochiali Białaczew* ⁷³.

Clausuram olei sacri parochus procuret. Honorabilis Lucas Pithocz altarista astringatur omnino, ut obligationi altaris satisfaciat. Agendam Pouodouii ⁷⁴ omnino procuret parochus, successiue procuret cum vitricis Graduale, Antiphonarium, Psalterium nouum. Pauimentum ecclesiae aequaliter sternatur, ossorim quoque bene tegatur. Agat parochus de decimis iure in minoribus subselliis, sei causa deuoluetur ad fudicium tribunalis Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae procurator eam promouebit.

[35.] *In ecclesia in villa Skorkowice* ⁷⁵.

Omnino procuret parochus clausuram armarii, in quo sacra olea asseruantur. Baptisterium accommodetur at adeptetur decenter. Totum templum cum altaribus, ossoris, saepibus cymiterii reparetur et reficiatur per parochum et vitricis ecclesiae subsidiis parochianorum, si usus et opus est, imploratis. Similiter aedificia domus parochialis parochus sarta tectaue conseruet.

[36.] *In ecclesia parochiali Opocznersi* ⁷⁶.

Procuretur per praepositum ecclesiae parochialis bursa coriacea pro deferendo Ssmo Sacramento ad infirmos. Pauimentum in sacello S. Annae aequetur. Graduale omnino praepositus procuret. In ecclesia

⁷² Petrykozy, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

⁷³ Białaczów, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

⁷⁴ Agenda Powodowskiego, zob. przyp. 20.

⁷⁵ Skórkowice, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

⁷⁶ Opoczno, miasto, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

hospitali S. Spiritus suggestum pro cantoribus extractum transferat in alium locum, ubi non sit impedimento celebrantibus. Claves templi hospitalis et sacrarii amplius non seruentur ab oeconomis, sed a clerico. Prouisores cum praeposito hospitalis faciant tegi quamprimum sacellum. In alia visitatione de prouentibus dicti hospitalis, de obligationibus praepositi hospitalis, et quot pauperes teneantur alere, diligenter inquirat et prouideat, ne hospitalis prouentus cum prouentibus ecclesiae parochialis confundantur. Infra spatium unius mensis a publicatione praesentium parochus teneatur omnino exhibere Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae cancellariae rationem percaptarum et expensarum eleemosynarum et oblationum ecclesiae factarum, similiter fundationum tem nouarum, quam antiquarum diplomata. Cauet autem omnino, ut in omnibus piae voluntati et ordinationi fidelium satisfiat, in quo Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Sua conscientiam ipsius onerat.

[37.] *In ecclesiam in villa Kunice* ⁷⁷.

Tectum et tabulatum ecclesiae, ut quamprimum reparetur et pauimentum accommodetur, et cymiterium bene saepiatur sit cura parochi cum vitricis. Altare positum in latere septentrionali cum suis gradibus reficiatur. Liber Agendae Poudouii ⁷⁸, Graduale, Antiphonarium, Psalterium habeatur.

[38.] *In ecclesiae in villa Sławno* ⁷⁹.

Tectum et tabulatum ecclesiae reparetur per parochum et vitricos. Curet parochus apud parochianos stipendium pro organario et de suo etiam partem adiungat. Antiphonarium et Psalterium noua parochus prouideat, et campanile decenter tegi, cymiterium bene saepiri cum vitricis faciat. Domum parochialem cum suis aedificiis parochus omnino restauret.

[39.] *In ecclesia in villa Woyczyn* ⁸⁰.

Ecclesiae pauimentum complanetur, sacristiae parietes tabulatumque accommodetur per parochum et vitricos, prouideanturque libri ecclesiastici ad cantum necessarii.

⁷⁷ Kunice, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

⁷⁸ Agenda Powodowskiego, zob. przyp. 20.

⁷⁹ Sławno, wieś, parafia w diecezji Sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

⁸⁰ Wójcin, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

[40.] *In ecclesia in villa Dąbrowa*⁸¹.

Ecclesiam ex omni parte refici, ut furibus non pateat aditus parochus cum vitricis procuret. Antiphonarium et Psalterium successiue parochus provideat, idem cum vitricis alteram partem ecclesiae tegi et cymiterium bene saepiri faciat, imploratis subsidiis parochianorum. Aedificia domus parochialis et vicarii parochus sarta tectaue conseruet.

[41.] *In ecclesia in villa Białobrzegi*⁸².

Pixidem aeneam, aut cistellam coriaceam pulchram et sacculum nouum ex serico aut ex tela ad reponendum Ssmum Eucharistiae Sacramentum, bursam quoque nouam pro eo deferendo ad infirmos, alia vasa pro sacris oleis, alterum pro aqua baptismali decens seratamque baptisterii parochus quamprimum procuret. Praeter maius altare unum ex minoribus altaribus ad celebrandum sacrum parochus accommodet. Metricam baptisatorum et matrimonia contrahentium omnino parochus habeat sub poena viginti marcarum, si pro altera visitatione archidiaconali non fuerit conscripta tuenda. Antiphonarium et Psalterium noua habeantur. Ambonam conuenientem parochus cum vitricis procuret, nec non cymiterium bene saepiri, ut non sit bestiis peruium, campanilaeque compententer tegi, pauperum domus usui pauperum restituatur, schola autem alia procuretur.

[42.] *In ecclesia in villa Kraśnica*⁸³.

Quamprimum alter parochus päsentetur, a quo quae desunt in ecclesia, ut ciborium, fons baptismalis et reliqua procurentur.

[43.] *In ecclesia in villa Libiszow*⁸⁴.

Graduale nouae editionis parochus ex suo emat, tectum autem ecclesiae a parte septentrionali putrefactum refici et cymeterium saepiri cum vitricis quamprimum procuret. Scholam quoque, quae tota dicitur collapsa, reparet.

[44.] *In ecclesia in villa Sołek*⁸⁵.

Graduale, Psalterium et Antiphonarium parochus noua provideat, tectum autem ecclesiae reparari cum vitricis faciat.

⁸¹ Dąbrowa n/Czarna, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

⁸² Białobrzegi Opoczyńskie, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

⁸³ Kraśnica, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

⁸⁴ Libiszów, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

⁸⁵ Sołek, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

[45.] *In ecclesia parochiali Drzewica* ⁸⁶.

Tectum templi prouideat parochus cum vitricis refici, nouae editionis libros ecclesiasticos ad cantum procuret parochus. Pro restaurandaque ecclesia desolata diui Stanislai subsidia parochianorum imploret et quamprimum cultui diuino peragendo restituatur.

[46.] *In ecclesia in villa Brudzowice* ⁸⁷.

Habeat parochus achenum fontis baptismalis bene torsum et eius seruaturam commodam. Parochus cum vitricis procuret ecclesiae tabulatum, magna ex parte putrefectum, reparari, pauimentum adaequari et sterni lateribus aut asseribus. Cymeterium bene saepiri, ne sit amplius peruium bestiis, campanile putrefactum et lacerum refici. Librum Agendorum quamprimum ex suo parochus emat, et pro allis libris ad cantum ecclesiasticum necessariis coemendis, subsidiis parochianorum imploret, maxime si sunt tenues eius prouentus. Sub poena grauissima arbitraria metrica batisatorum et copulatorum semper ordinate scribatur.

[47.] *In ecclesia parochiali Odrzywół* ⁸⁸.

Ciborium ad mentem archidiaconi accomodetur, in portatili fracto non celebretur, et duo adminus in altari habeantur. Fenestrae in utraque sacristia extruantur, campinile et ossorium bene tegatur domus parochialis tota lacera reparetur.

[48.] *In ecclesia parochiali Nieznamierowice* ⁸⁹.

Ecclesiæ pauimentum sternatur, vel cocto lapide, vel asseribus, et tectum reficiatur, Graduale nouum ematur.

[49.] *In ecclesia parochiali Klwów* ⁹⁰.

Ecclesiae tabulatum in minore choro vitiatum et putrefactum re-

⁸⁶ Drzewica, osada, parafia, pow. Opoczno, wojew. Kielce, diecezja sandomierska.

⁸⁷ Brudzewice, wieś w parafii Studzianna, diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce. Parafia istniała tu jeszcze w drugiej połowie XIX w.; po spaleniu się kościoła p. w. św. Mikołaja prawa parafialne zostały przeniesione do Studzianny, por. J. Łaski: *Liber beneficiorum archidioecesis Gnesnensis*. Ed. J. Łukowski. Gniezno 1880, t. 1 s. 646 przyp. 1.

⁸⁸ Odrzywół, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

⁸⁹ Nieznamierowice, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Przysucha, wojew. Kielce.

⁹⁰ Klwów, osada, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Opoczno, wojew. Kielce.

paretur, parietes stillicidiis deturpatis dealbentur, fenestrae reficiantur, tectum lacerum et turris resarciatur. Parochus procuret omnino apud parochianos aliquod salarium pro organario, et aliquid etiam ex suo addat, ne organum umquam sileat. Quoniam parochus libros antiquos ecclesiasticos vendidit omnino alios intra spatium duorum mensium a publicatione praesentium emat pro eadem pecunia, alias de prouentibus eius defalcetur, et libri per officialem emantur. Decimas in villis Zbistka, Rzuchow, Sady⁹¹ omnino iure uindictet.

[50.] *In ecclesia in villa Potworow*⁹².

Ecclasiae, sacristiae et ossorii tectum reparetur, crux argentea quoque quamprimum a parcho recuperetur et ecclesiae restituatur infra spatium trium mensium.

[51.] *In ecclesia in villa Radzanow*⁹³.

Omnino parochus procuret clausuram baptisterii commodam. In conclauis sacristiae victualia sua imposterum non seruet, ne iterum cum rebus ipsius etiam ecclesiastica a furibus damnum patiat. Fores autem ab eis destructas ex suo reparari faciat Metricam baptisatorum et matrimonium contrahentium ordinate conscribat. Graduale adminus procuret infra annum, demum domum parochialem putrefactum et lacera reparari faciat. [k. 77].

[52.] *In ecclesia in oppido Wissimierzyce*⁹⁴.

Pauimentum in quibusdam locis nudum et puluulentum sternatur ad minus asseribus per totam ecclesiam. Confraternitas S. Annae non congregetur amplius, antequam habuerit admissionem ab Illustrissima et Reuerendissima Celsitudine Sua. Quemadmodum parochus capellam penes ecclesiam extruxit, sic quoque prouideat dotem. Libros ad cantum ecclesiasticum necessarios, potissimum autem Graduale at Antiphonarium, procuret.

[53.] *In ecclesia in villa Jasiona*⁹⁵.

Procuret parochus quamprimam nouam cistellam pulchram cum

⁹¹ Zbistka, Rdzuchów, Sady — wioski dawniej w parafii Klwów, obecnie w parafii Sady, pow. Przysucha, wojew. Kielce.

⁹² Potworów, osada, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Przysucha, wojew. Kielce.

⁹³ Radzanów, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Białobrzegi Radomskie, wojew. Kielce.

⁹⁴ Wyśmierzyce, osada, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Białobrzegi Radomskie, wojew. Kielce.

⁹⁵ Jasionna, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Białobrzegi Radomskie, wojew. Kielce.

operculo et clausura pro conseruando Ssmo Eucharistiae Sacramento. Reliquam pauimentum ecclesiae sterni lateribus et tectum reparari faciat. Actionem institutam de vindicatione decimarum ex certis villis omnino continuat.

[54.] *In ecclesia in oppido Białobrzegi*⁹⁶.

In portatili prophanato, quod in uno altarium minorum positum est, non celebretur postea sub poena suspensionis. Pauimentum ecclesiae nudum et puruerulentum in maiore choro prout in minori asseribus adminus sternetur. Graduale cum Antiphonario quamprimum prouideatur.

[55.] *In ecclesia in villa Strumiecz*⁹⁷.

Pixis cuprea rubigine deformata quamprimum expolliatur et mundenetur, altaris positi a latere dextro maioris altaris, si est ita confracta, ut prophanatum altare esse iudicatur, non celebretur in illo in posterum sub poena suspensionis. Tectum ecclesiae ex omnibus partibus reficiatur.

[56.] *In ecclesia in villa Gorin*⁹⁸.

Curet parochus subsidiis parochianorum pauimentum asseribus adminus sterni et tectum ex parte semptentrionali putrefactum reparari et successiue campanile extrui.

[57.] *In ecclesia in villa Lisowek*⁹⁹.

Pauimentum nudum et inaequale sterni asseribus adminus et adaequari parochus faciat. Ecclesiam autem quamprimum consecrari procuret, ossorii tectum cura eorum, qui obligati sunt, reparetur.

[58.] *In ecclesia in villa Jankowicze*¹⁰⁰.

Graduale et Antiphonarium adminus quamprimum ematur, ecclesiae tectum magna ex parte putrefactum, campanile ruinosum cum suo tecto reparetur et accommodetur cura parochi et vitricorum ecclesiae.

⁹⁶ Białobrzegi Radomskie, miasto powiatowe, parafia w diecezji sandomierskiej, wojew. Kielce.

⁹⁷ Strumiec, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Białobrzegi Radomskie, wojew. Kielce.

⁹⁸ Goryń, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Radom, wojew. Kielce.

⁹⁹ Lisów, dawniej Lisówek, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Radom, wojew. Kielce.

¹⁰⁰ Jankowice Radomskie, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Radom, wojew. Kielce.

[59.] *In ecclesia in villa Błoznica*¹⁰¹.

Puimentum nudum et inaequale sternatur adminus asseribus et aequetur [k. 77']. Tectum ecclesiae et vestibuli resarciatur, cymeterium undique saepiatur, campanile ruinosum et lacerum domusque parochialis putrefacta reparetur. Parochus pro organario subsidium parochianorum imploret et salarium instituat. Duos calices cum patenis, crucem argenteam deauratam, pacificale argenteum deauratum et aliud minus argenteum, monstrantiam argenteam totam deauratam ecclesiae Błoznicensi restituat a publicatione praesentium infra spatium unius mensis sub poena contra sacrilegos a sacris canonibus lata in praesentia decani ruralis et duorum vicinorum parochorum victricorumque ecclesiae, et haec amplius ex Błoznicensi ecclesia in alias non transportet. In portatilibus altarium minoris chori non celebretur in posterum, sed noua in locum eorum prouideantur, similiter in portatili altaris maioris chori, ubi imago BMV est sculpta, diuina non peragat, si est in ea ruptum, ut censeatur esse violatum. Gradus altarium commode reparentur. Agenda, Graduale, Antiphonarium noua quamprimum comparentur.

[60.] *In ecclesia in villa Kassow*¹⁰².

Quoniam ecclesia haec a multis annis vacat, ne interea ecclesia damnum aliquod patiatur, decanus ruralis inuentarium ecclesiae et parochialis supellectilis quamprimum conscribat, et ad cancellariam Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae mittat. Moneatque parochos, ne diutius differant praesentare parochum.

[61.] *In ecclesia in villa Wrzeszczew*¹⁰³.

Ecclesiae tabulatum magna ex parte putrefactum restauretur et parietes stillicidiis deformati reformentur. Antependium pro maiori altari ex adamasco vel kitalka de suo per parochum prouideatur, pro minoribus autem ellemosynae parochianorum subsidium imploretur. Graduale et Antiphonarium procuretur, domus parochialis ruinosa et lacerata et tectum companilis reparetur. De decimis praedialibus in villis Wrzeszczow et Glinec¹⁰⁴ parochus iure agere non differat.

¹⁰¹ Błotnica, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Białobrzegi Radomskie, wojew. Kielce.

¹⁰² Kaszów, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Białobrzegi Radomskie, wojew. Kielce.

¹⁰³ Wrzeszczów, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Radom, wojew. Kielce.

¹⁰⁴ Glinice, dawny Glinec, wieś parafialna w parafii Wrzeszczów, diecezji sandomierskiej, pow. Radom, wojew. Kielce.

[62.] *In ecclesia in villa Wrzas*¹⁰⁵.

Liber agendorum, Graduale, Antiphonarium quamprimum prouideantur. Parochus continuet omnino litem de decimis institutam.

[63.] *In ecclesia in villa Wieniawa*¹⁰⁶.

Bursam cum sua stolla pro deferendo Ssmo Sacramento Eucharistiae ad infirmos et Missale Romanum nouum et Antiphonarium parochus ex suo emat, antiquis autem Gnesnensibus Missalibus sub poena decem marcarum imposterum non utatur. Domum parochialem laceram et ruinosam reparari procuret. De decimis ex villis Wieniawa, Kłodno, Budnów iure agat.

[64.] *In ecclesia in villa Skrzywno*¹⁰⁷.

Petat parochus pro concionibus eleemosynarum a parochianis pro reparando organo et patronos vel fundatores sacelli in parte templi meridionali [k. 78] siti urgeat ad restaurandum et reficiendum lacrum et desolatam sacellum. Tectum ecclesiae, ossorii, campanilis lacrum et putrefactum reparari quamprimum faciat. De decimis in villa Wola Wieczecierzowa¹⁰⁸ iure agat.

[65.] *In ecclesia in villa Smogorzow*¹⁰⁹.

Graduale et Psalterium parochus de suo quamprimum emat. Aedificia domus parochialis ruinosa et lacera restarari et reparari et tectum ossorii et campanilis refici faciat. De decimis in villis Smogorzow, Gazdzikom, Rusinow, Krzesławice¹¹⁰ iure sine procrastinationibus omnino agat. Confraternitas B. Annae antequam ab Illustrissima et Reuerendissima Celsitudine Sua admissa non fuerit non congregetur imposterum.

¹⁰⁵ Wrzas, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Radom, wojew. Kielce.

¹⁰⁶ Wieniawa, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Przysucha, wojew. Kielce.

¹⁰⁷ Skrzywno, osada, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Przysucha, wojew. Kielce.

¹⁰⁸ Wola Więcierzowa, wieś w parafii Skrzyńsko, diecezji sandomierskiej, pow. Przysucha, wojew. Kielce.

¹⁰⁹ Smogorzów, wieś, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Przysucha, wojew. Kielce.

¹¹⁰ Goździków, Krzesławice — wioski w parafii Smęgorzów, Rusinów — parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Przysucha, wojew. Kielce.

[66.] *In ecclesia in oppido Gielnow*¹¹¹.

Tectum ecclesiae, campanilis, ossorii et tabulatum lacerum et putrefactum restauretur et reparetur.

Insuper Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Sua praecipit parochis et rectoribus ecclesiarum suprascriptarum, ut singuli eorum has ordinationes ecclesias suas concernentes ex Actis Officii Cureloviensis sub sigillo officialatus habeant praesentes quidem durante synodo, absentibus vero transmittant decani, qui inuigilent, ut in omnibus adimpleantur. Archidiaconus autem in sua futura visitatione diligentissime inquirat, an eis satisfactum fuerit. In horum fidem — —. Datum in arce archiepiscopali die 10 mensis Maii anno Domini 1617.

3. Dekrety synodu kurzelowskiego dotyczące podziału oficjalatu kurzelowskiego na dekanaty, oraz ordynacje dotyczące dziekanów większych

Łowicz 27. V. 1617

Or.: Nieznany.

Kopia: ADKiel. Acta actorum officialatus Cureloviensis 1616—1666 k. 78—81 (Dawna paginacja: k. 23—28). Tytuł wpisu:

[k. 78] *Decreta synodi Curelouiensis ex instrumento publico eiusdem synodi extracta pro officialatu Curelouiensi, quoad quidem synodus celebrata est anno Domini 1617 diebus 6, 7, 8, Julii*¹¹².

Literatura: zob. Teksty nr 1.

[A.] Officialatus, decanatus decanorumque diuisio et ordinatio per Admd. R. D. Adamum Rogaczewski J. U. D. Vladislaiensem et Posnaniensem canonicum¹¹³.

[k. 78'] Officialatus Curelouiensis tres habet decanatus: Cureloviensem, Małogostensem et Żarnouensem.

Decanatus Curelouiensis

In decanatu Curelouiensi erunt istae ecclesiae sub decanatus Venerab. Jakobi de Pławno parochi Stanouicensi¹¹⁴: in Curelow, Stanowiska, Januszowice, Nowopole, Kuczkw, Czarnca. Konieczno, Zalesie, Secemin, Chotow, Wioszczowa, Oxa, Przedborz, Polecko¹¹⁵.

¹¹¹ Gielniów, osada, parafia w diecezji sandomierskiej, pow. Przysucha, wojew. Kielce.

¹¹² Data synodu 6—8 lipca, zapewne błąd kopisty (Julii, zamiast Junii).

¹¹³ Ks. Adam Rogaczewski, zob. przyp. 17.

¹¹⁴ Ks. Jakub z Pławna, proboszcz w Stanowiskach, bliżej nieznany.

¹¹⁵ Parafie dawnego dekanatu kurzelowskiego, zob. przyp. 31 nn.

Decanatus Małogostensis

Decanus Venerab. D. Parepositus Małogostensis habebit ecclesias: Małogoszcz, Złotniki, Rembieszów, Bolmin, Chenciny, Piekoszów, Chełmce, Łopuszno, Mnin, Cierno, Węgleszyn, Krasocin, Kozłów, Wiśnice et Gruscinensis capella ¹¹⁶.

Decanatus Żarnouensis

Decanus Venerab. Paulus Zatecius parochus Cermnensis ¹¹⁷ habebit ecclesias: Żarnow, Radoszyce, Lipa, Czeremo, Skotniki, Skorkowice, Fałkow, Bedno, Białaczow, Żeleźnica, Pilczyca ¹¹⁸.

[B.] Ordinationes decanis ruralibus archidiaconatus Curelouiensis praescripta.

Illustrissimus et Reuerendissimus Dominus D. Laurentius Gembicki ¹¹⁹ — — decanis ruralibus archidiaconatus Curelouiensis dioecesis Gnesnensis ordinationes instituit, praescribit et tradit per praesentes.

Cum decani rurales in subsidium archidiaconorum constituti esse dignoscuntur Illustrissima Celsitudo Sua ordinat et praecipit, ut praeter ea, ad quae ex instituto Epistolae Pastoralis a piae memoriae Cardinali Macieioiuo ¹²⁰ editae, teneantur perpetuo in suam quique eorum, ut ita dicamus sacerdotum ecclesiarumque decuriam, oculos habeant intentos ac diligentissime inuigilet procuratque:

[1.] Ut ecclesiae in suis territoriis constitutae in spiritualibus et temporalibus iuxta sacrorum canonum et ordinationum nec non dictae Epistolae Pastoralis dispositionem, recte administrantur ¹²¹.

[2.] Ut parochi et cuiusuis gradus et conditionis beneficiati, sacerdotes caeterique clerici [k. 79] sancte, impollute et sine reprehensione uiuant. Ne confessarii et concionatores, siue regulares siue saeculares, munus suum absque licentia et admissione Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae, aut officii ipsius, obire praesumant, similiter ne ullus curam animarum exercent nisi de approbatione ipsius ab Illustrissima et Reuerendissima Celsitudine, aut officio suo constet.

[3.] Ut cantus et musica in ecclesiis fiant iuxta Graduale et Antiphonarium prouinciale, habeanturque eiusmodi libri, nec non libri Agendorum, metrica baptisatorum, confirmatorum et matrimonio copulatorum, synodus prouincialis et dioecesana, ordinationes Reuerendissimorum Archiepiscoporum.

[4.] Ut suppellex ecclesiastica decenter conseruetur, et primarie Ssum Sacramentum Eucharistiae in tabernaculo intrinsecus mundo, pixide decenti, renouetur ad summum omni quatuordecima die, sub custodia solius sacerdotis sit. Ad infirmos praecedentibus cantoribus et luminaribus, comitante autem caetu hominum, defertur sub baldachino, ubi fieri potest. Olea sacra in loco conuenienti recondantur,

¹¹⁶ Parafie dawnego dekanatu małogoskiego, zob. przypisy 46 n.

¹¹⁷ Ks. Paweł Zatecjusz proboszcz w Czerminie, bliżej nieznan.

¹¹⁸ Parafie dawnego dekanatu żarnowskiego, zob. 2 przypisy 63 nn.

¹¹⁹ Wawrzyniec Gembicki, arcybiskup gnieźnieński, zob. przyp. 18.

¹²⁰ *Pastoralna kard. B. Maciejowskiego*, zob. przyp. 27.

¹²¹ Cyfry w nawiasach prostokątnych dodane od wydawcy.

sacri calices et sacra vestes ad diuinum officium celebrandum necessaria sint sufficientes eorumque inuentarium parochi et caeteri beneficiati habeant. Imagines in templis decenter depictae compareant. Ecclesiae pauimentum planum, fenestrae integrae, confessionalia sufficientia, scamna populi et secundum statum cuiuslibet disposita et caetera, quas tum ad ornamentum et decus, tum ad necessitatem ecclesiae spectant, habeantur. Diuina officia ad sufficientiam populi et parochianorum paragentur, ecclesiae non consecratae consecrantur, prophanatae et pollutae reconcilientur, quamdiu vero non consecrantur aut non reconciliabuntur in eis non celebrentur. Eleemosynarum ut quorumcunque oblationum, quas fideles pro sua in Deum religione offerunt ecclesiis, libri et registra conficiantur pro reddenda ratione perceptorum et expensorum visitatori. Idem intelligendum est de aliis prouentibus et bonis ecclesiarum et parochorum caeterorumque beneficiatorum et beneficiorum.

[5.] Ut ecclesiae ruinosae tectaque ipsorum confluentia et cymeteria diruta reparentur, reficiantur et saepiantur ab iis, qui ad haec ex obligatione vel consuetudine tenentur parochorum et vitricorum cura, qui sint viri industrii et probatae fidei, neque quidque sine scitu et licentia parochorum ex prouentibus et collectis ecclesiae erogent.

[6.] Ut obligationibus suis sacerdotes omnesque beneficiati, patroni ecclesiarum, nec non parochiani satisfaciant.

[7.] Ut confraternitates sub titulo alicuius Sancti tam in ecclesiis regularium, quam in ecclesiis saecularium, non nisi admissione ordinarii congregentur, et recte secundumque institutum suum omnia peragant. Fraternitates autem artificum suas collectas potius pro ornamentis ecclesiasticis, luminaribus, sacerdotibusque, qui sacrum Missae sacrificium [k. 79'] eis canant aut dicant, quam pro computationibus aut aliis inutilibus expensis conferant.

[8.] Ut in scholis praeceptores et cantores sint idonei, qui tum ibi pueros et iuuentutem in pietate et literis, hi autem in cantu, competenter erudire queant. Praeceptores quidem non solum literas prophanas, sed etiam catechisticam lectionem et computum perlegant, cantores vero et in ecclesiis cantent et musicae discipulos doceant. Discipuli autem non tantum pueri scholares primi laboris literas attingentes, verumtamen illi iuuenes (astantes dicti) sint, alias a scholis repellentur illi, qui studere nolint.

[9.] Ut diebus dominicis et festis tempore pomeridiano parochi aut per se, aut per alios, in suis ecclesiis pueros utriusque sexus in articulis fidei informet (kop. infirment) recitando cum illis et explicando orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, decalogum, quinque praecepta Ecclesiae, mysteria sacratissimae Eucharistiae, modum confidendi aliorumque sacramentorum dignitatem et necessitatem, prout continetur in Catechismo Romano¹²². Ne parochi certis confessariis designatis adminus omni quindecima die peccata sua per confessionem expiare negligant, et ut in confessionis suae testimonium ipsis offerant. Ne aliquae imagines sanctorum Dei tanquam miraculosae sine scitu, examine et approbatione ordinarii exponantur.

[10.] Ut sacramentum matrimonii iuxta decreta ss. concilii Tri-

¹²² *Katechizm Rzymski*, zob. przyp. 21.

dentini¹²³ celebretur, et nemini, nisi recepto prius Eucharistiae Sacramento et scienti necessaria ad salutem v. g. orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, decalogum, imperiatur. Si autem aliqui ex genere nobilium velint illud absque denuntiatione, aut in aedibus priuatis sibi conferri, ne id audeant parochi facere sine licentia ordinarii. Ne aliqui plura beneficia sine dispensatione abtineant, vel si ex dispensatione licite obtineant, vel satisfaciunt ecclesiis populoque. Ne parochi et alii beneficiati quaeuis obtinentes (*może abstinentes*) se a suis parochiis et beneficiis sine licentia Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae absentent. Ne parochii aliique beneficiati quaeuis obtinentes ultra tempus triennale a iure praescriptum bona ecclesiastica suorumque beneficiorum elocent, dum vero elocant cum scitu Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae elocent atque de bonis redditibusque ecclesiasticis ab aliis supressis aut possessis iure sine dilationibus agent.

[11.] Ut parochi caeterique curam animarum sustinentes libros pro concionibus faciendis et pro casibus conscientiae resoluendis approbatos necessariosque sufficientes habeant, et iuxta ordinationem Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae conciones dirigant. Quae peccata in populo inoleuisse intelligent, contra ea conciones suas conuertant, ut sic in abominationem peccatorum populus facilius veniat ita tamen, ne quamquam peccat obnoxium manifeste denotent, sed solam turpitudinem peccati insectentur. Ad hos et alios effectus licebit decanis ad ecclesias territorii sui excurrere, quando necessitas et utilitas, ecclesiae ratio postulauerit ad minus semel in anno. Lustrando autem eas diligenter conserderent an superscriptis punctis ordinationis huius satisfiat. [k. 80] Tum etiam examinent doctrinam parochorum et aliorum curam animarum administrantium, quomodo sacramenta maxime sacram poenitentiam fidei populo administrent, an sciant discernere peccatum mortale a veniali circumstantiasque aggrauantes et mutantes speciem peccati, casus reseruatoŝ papae et episcopis tam de iure communi, quam de iure provinciali et dioecesano. Ignorantes doceant et informent, et ut intra certum spatium ea, quae maxime spectant ad officium pastorale addiscant, illis iniungant et ad legendos libros, ex quibus doctrinam muneri suo compententem comparare possint, excitent. Expedit quoque saluti proximi, ut de scandalis et publicis criminibus populi in suo territorio inquirant. Ideo in iis, quos repperint criminosos cum scandalo publico, conuertendis ad poenitentiam et meliorem vitam sint parochis auxilio et consilio. Amoueri quoque curent, quantum fieri potest, omnia abtacula ad vitam sacerdotalem recte peragendam, videlicet concubinas et feminas suspectas. Committit etiam Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Suae decanis, ut parochorum caeterorumque sacerdotum et clericorum in sui decanatus territorio consistentium infirmorum singulorum curam habeant, quamprimum rescuerint de eorum infirmitate, eos visitent prouideantque, ne in spiritalibus et temporalibus illi quicquam desit, admonentes ad bene

¹²³ Nowe prawo małżeńskie ogłosił sobór trydencki na 24 posiedzeniu (11 XI 1563) w konstytucji Tametsi, zob. *Concilii Tridentini — canones et decreta*. Cura G. Smets. Ed. 5. Bielefeld 1858 s. 140 (De reform. cap. 1).

disponendam conscientiam domusque suam et ut in testamentis piarum causarum rationem habeant. Cum euenerit intestatum e viuis discedere de eo quamprimum significant Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae, ut res derelictae iuxta constitutiones disponantur.

[12.] Praeterea inhaerendo laudabilibus statutis prouincialibus Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Sua ordinat et decernit, ut in quolibet decanatu bis in anno omnes parochi et curam animarum sustinentes, commendarii, vicarii, magistri scholarum et cantores in cum, qui eis fuerit per decanos designatus locum in eodem decanatu omnino conueniant et synodum suam celebrent decanalem, in eoque decani de singulis articulis ordinationum et constitutionum, an in illis satisfiat, et, ut in executionem deducantur debitam, clerum adhortentur, tum de scandalis amouendis et occurrentibus negotiis ecclesiasticis mutuo cum clero conferant. Et si qui inter eos reperti fuerint scandalosi ac reprehensione digni praeuicariatoresque constitutionum et ordinationum a decanis fraterne admoneantur. Qui quidem decani maiora scandala, crimina, negligationes et casus difficiliore, quibus ipsi consulere obuiare non poterint, et ubi taliter, ut praemittitur, admonitus non se emendauerit, Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae, vel eius vicario in spiritualibus generali, aut officiali foraneo deferre, recepta summaria informatione, teneatur, nihil eorum, quod caeteros scandalisare posset, vel [k. 81'] ad cultum Dei ampliandum et promouendum, et ad optimum regimen Ecclesiae disciplinamque ecclesiasticam retinendam potissimum videatur expedire occultando, et de caeteris, quae in dicta Epistola Pastoralis ad parochos tit. de congregationibus cleri per decanos rurales faciendis pertractant et secundum ea procedant.

[13.] Ad extremum Illustrissima et Reuerendissima Celsitudo Sua monet uniuersos et singulos archidiaconatus Curelouiensis decanos in virtute sanctae obedientiae, ut sedulo conentur his ordinationibus Illustrissimae et Reuerendissimae Celsitudinis Suae satisfacere ad mentemque illius territoria decanatum suorum gubernare. Officialibus autem committit, ut omnem diligentiam adhibeant, quatenus decani muneii sibi imposito satisfaciant et has ordinationes primo anno Domini commissario denuntiatos sub sigillis ex Actis Consistorii, in qua inscribi debent, extractus habeant. In cuius rei fidem — —. Datum in arce archiepiscopali Louicensi¹²⁴ die 27 mensis Maii anno Domini 1617.

¹²⁴ Łowicz miasto pow. w wojew. Warszawskim, dawna rezydencja prymasów Polski w okresie przedrozbiorowym.